

USOZ

2881

USOZ

2881

-3

Alonso

3/

17

Joh. Meyer 499

LAVRENTII VALLÆ

Viri Clarissimi

De

COLLATIONE NOVI TESTAMENTI

LIBRI DVO.

Ab interitu vindicavit, recensuit, ac do-
tas addidit

JACOBUS REVIVS.



AMSTELODAMI,
Apud HENRICUM EAURENTIUM
Bibliopolam. Anno M. DC. XXX.



AMPLISSIMIS, NOBILISSIMIS CONSULTISSIMIS

D.D. CONSVLIBVS
ac SENATORIBUS in-
clytæ civitatis ZUTPHANIEN-
SIS, patriæ ac pietatis defensori-
bus, salutem à Domino.

Amplissimi, Nobilissimi, Consultissimi viri,

Occasio quam sæpe capta-
vi obsequij mei erga AA.
vestras publica aliqua te-
stificatione declarandi, in hujus li-
bri editione commodum se mihi
offert. Opus est de antiquo novū,
cujus auctor Laurentius Valla, ho-
mo, quod neminem negaturum
arbitror, acerrimi ingenij, judicij
limatissimi, ac summæ in omni li-
terarum genere eruditionis; pecto-
(† 2) . . . ris

EPISTOLA

ris etiā apertissimi, ac liberrimi sty-
 li. qui, velut Hercules quidam ~~ἀλεξάνδρος~~, post debellata varia errorum
 monstra, etiam Augiæ illud stabu-
 lum. barbariem dico & falsimonias,
 quibus hominū vitio scatebat
 divinæ scripturæ codex, ea dexteriti-
 tate, eoq; successu repurgare aggref-
 sus est, ut post seculum & eō am-
 plius illud elogium à jurato veri-
 tatis hoste Bellarmino ferre meru-
 erit, *quod præcursor quidam Lutheranæ
 sectæ (id est, instaurati, divina mile-
 ratione, euangelij) fuisse videatur.*
 Idq; maxime hujus libri nomine.
 qui, cum magnum Erasmus (quē
 idcirco eadē quia Laurentium fide-
 lia dealbat Bellarminus) ut Eraf-
 mus Rezam, ad æternā illa in N.
 Testamentū opera molienda penè
 solus excitarit, profecto ipse tene-
 bris damnari nō merebatur, à qui-
 bus
 De pœnit. 6. i. c. 7.

D E D I C A T O R I A.

bus eum hac editione, quod benè
vertat, vindicare sum conatus. Eā
verò vobis AA.& nobiliss. VV.in-
scripsi, ut quale quale monumentū
extaret meæ erga vos observatiæ,
in quorum ditione primum sacro-
sancto ministerio iniciatus, & quo-
rum humanitate ac benevolentia
ita recreatus fui, ut Zutphaniā pro
altera patria semper habuerim : eo
maximè felicem urbem, quod &
pios Magistratus, & fidos Docto-
res & utrorumq; operâ puram ab
omni corruptela salutis doctrinā,
jam inde ab inchoata ecclesiæ re-
formatione, séper habuerit. Deus
tanti boni dator ei id perpetuum
esse velit, ac vos, VV. AA. nobiliss.
sui favoris clypeo æternum prote-
gere. Dabam *Daventriæ* i Kal. Sept.
Anno Christi CIC CCC XXX.

VV. AA. observantiss.

JACOBUS REVIVUS.

EPITAPHIVM
LAVR. VALLÆ,
ROMAE in æde Lateranensi.

LAURENTIO VALLÆ HA-
RUM ÆDIUM SACRA-
RUM CANONICO, ALPHON-
SI REGIS, ET PONTIFICIS
MAXIMI SECRETARIO, A-
POSTOLICOQUE SCRIPTO-
RI, QUI SUA ÆTATE O-
MNEIS ELOQUENTIA SU-
PERAVIT, CATERINA MA-
TER FILIO PIENTISSIMO
POSUIT. VIXIT ANNOS L.
OB. AN. DOMINI M, CCCC.
LXV, KAL. AUG.

IN

IN
LAURENTI VALLAE
ΤΕΠΕΡΑΣΠΙΣΤΗΝ,
Virum Reverendum & Clarissimum
D. I A C. R E V I V M
Ecclesiasten DAVENTRIENSEM di-
guissimum, Amicum mille nomi-
nibus honorandum.

V ALLA, gravis Latiæ Censor, cultorque
loquelæ,
Scripturæ, quondam lima perita sacræ,
Cùm post tot Clarias pugnas, clarosque
triumphos,
Mortales, victor, poneret exuvias,
Concilium subiit subito, lis magna, Deorum:
Quos inter, sedes dignus habere foret,
Elysios campos defuncto Pluto negabat,
Impunè ut posset verba Latina loqui.
Jupiter, æthereos an conferat, hæret, honores,
Censorem linguae dum timet ipse suæ.
Papa, malus veri judex, terræque Tyrannus,
Ut terræ indignum, devovet, orbe virum.
Quæ causa horrendæ fortis? florescere Musas
Papa dolet sacras, Pluto dolet Latias.


Non

*Non tulit hanc rabiem, vir Grajo REVIUS ore,
Gemma Daventriaci Transisulana soli,
Ignorata diu VALLÆ monumenta requirit,
Atque palam cunctis dat celebranda viris.
Sic genium terris, sic manes afferit astris
VALLAE: Summano portio nulla datur.
Grande decus patriæ, Graja fax clara Camenæ,
Vrbis honos, verbi præco perite Dei.
Divitis ingenij thesauros promere perge,
Quos Graja, & Latia, & Belgica Musa parit.
Immortalis eris, nullo ignoraberis orbe,
Quo Graja, aut Latia, aut Belgica Musa vi-
get.*

Soloci calamo
Prolixo animo

*DAVID SCANDERVS
Illustris Gymnasij Daventrienfis
Philosophia Professor.*

LAU-



L A V R E N T I I V A L L A E,

VIRI CLARISSIMI

De Collatione Novi TESTAMENTI
Libér primus.

IN MATTHÆUM,

C A P . I.

16.



ARIÆ, de qua natus
est Jesus qui vocatur
Christus.]

Mǣas. *Quid causa est*
cur interpres Gracus
(nam Hebraicè scripsit
Matthæus) utitur ge-

nitus Graco hic in Maria nomine, alibi nomi-
nativo Graco, inquiens: Nónne mater ejus di- Matt. 13, 55.
citur Mariam? Maēam. In m, non in a finitur
hoc nomen apud Gracos hoc loco, & accentu in
fine, ut Abraham. Quod haud scio, an Latinus

A

inter-



interpres nō animadverterit, an ita potius trāſerendum putaverit, an postea sit scriptura corrupta. Sed redeo ad gracum interpretē. Certē cum dicis nominativo Mariam, indeclinabile nomen esse significat. Cur ergo nunc declinavit Mariæ, præsertim contra legem Gracorum, qui talia nomina non declinant? Ac ne Abraham quidem, quod nos nonnunquam declinamus, nōnunquam indeclinatum relinquimus: quod cur faciamus nescio: nūc enim dicimus, Filij Abraham: nūc, Filij Abrahæ. Hoc ideo dico, quod declinando hoc nomen, facit simile alteri quod declinatur, si modo alterum est, & non unum atq; idem. Nam cum in nominativo aliter nunc exeat, aliter cūm aliqua alia mulier nuncupatur, videtur diversum esse nomen matris Domini, atque aliarum, quarū fit in Euangelio mentio. Illarum enim nomen in a semper exist, ut Maria Magdalene, Maria Jacobi, Maria Iosephæ, & si quæ sunt aliae. At matru Domini in am, Matt. 27.56 Marc. 15.47 & alio, ut dixi, accentu. Quod si Hebraice eodem sono efferuntur, cur Matthæus nūc, & Lucas aliquoties aliter extulit, illud quidem fletendo per omnes casus, & in accusativo per an, hoc autem secu? nam Joan. nunquam eam nominatim appellat, sed matrem Jesu: Marcus semel ejus genitivo utitur. Ex quo colligere possumus, nonnihil fuisse differens nomen matris Domini, atque aliarum, quas nominavi. Quare viderint ij, qui instituerunt illud ex Euangel.

Lncæ,

Maria.

Mariam.

Matt. 27.56

Marc. 15.47

& si quæ sunt aliae.

At matru Domini in am,

& alio, ut dixi, accentu.

Quod si Hebraice eodem

sono efferuntur, cur Matthæus nūc, &

Lucas aliquoties aliter extulit, illud quidem

fletendo per omnes casus, & in accusativo per an,

hoc autem secu? nam Joan.

nunquam eam no-

minatim appellat, sed matrem Jesu:

Marcus semel ejus

genitivo utitur.

Ex quo colligere pos-

sumus, nonnihil fuisse differens nomen matris

Domini, atque aliarum, quas nominavi. Quare

viderint ij, qui instituerunt illud ex Euangel.

Luca, ut legatur in festo matris Domini, quod de Maria Magdal. dicitur: Maria optimam partem elegit, quæ nō auferetur ab ea. Nam si aliud est nomen Magdalena, aliud matris domini, non potuit fieri hæc allusio nominis.

Quoniam de accentu feci mentionem, recensebo brevissimè quedam nomina, quæ solent quidam in sacris scripturis corruptio accentu proferre, vel correpta producentes, vel producta corripientes. Quæ correpta producuntur, hæc sunt: Andreas, Timotheus, profelytus, Euronotus, lechitus, anathema, symphonia, sicera, idea, butyrum, cedrinus, crystallinus, adamantis, cophinus, Origenes, Æneas, quod Home-

Accentus depravati.

rns producit, aliter scrip:um, & alij nonnulli Poëtae. Sed quod apud Aet. Apost. scribitur, ut apud Thucyd. Xenophonemque, & quosdam alios, media brevi est. Philémonem quoque, quod est illis simile, Palæmonem, Sarpedonem, Canonem. Quæ producta corripuntur sunt hec: Simónem, quod est simile illis,

Quæ correpta producuntur.

Symeonem, Sampsonem, Salomonem, Josephus, Jacobus, Sidonis, licet eo poëta abuti soleant, idolum, idolium, idolothytum, brabium, et si media litera vulgo scribitur u, non b. Ortigometta, eucharistia, coenomia, latria, idololatria, sex syllabarum, non ut pleriq, scri-

Aetor.9.33:

bunt pronunciant que, quinq, Beronica, Thes-falonica, antiphona, characteris, stateris, extremus, cui male apponitur aspiratio. Arrius

Quæ producta corripuntur.

sicuti Darius, sinapi, hyssopum, Idumæa, Iturea, Cæsarea, licet de hoc dubitari potest. In sagenā pauci peccant. Hac de Græcis, nam de Hebreis nihil dicere habeo, nisi hoc unum, mirari me, cur pleraque eorum cum nos, tñm verò Graci, accentus acuto in fine pronuncient. De qua natus est Jesus.] ἐξ ἦς ἡγεμόνη. Graci non habent duas prepositiones ut nos, de & ex, sed tantum ex, diverse tamen vocis, quemadmodum apud nos, è & ex, sive à, & ab sequente vel vocali, vel consonante: quam suo arbitratus interpres transfert, modo ex, modo de. Quod nescientes ajunt, ideo dici: conceptus de spiritu sancto, ex Maria virgine, quòd aliud sit de, aliud ex. Quod verum non esse, duntaxat in Euangelio, saltem ex loco hoc admoneri debent. Ergo Jesus conceptus est ex spiritu sancto, & natus de Maria virgine. Nolo argutius querere, utra harum præpositionum, utro in loco sit accommodatior. Illud potius queram, cur dixerit, Natus, quemadmodū paulò post: Cùm ergo natus esset Jesus, τὰ ἀποδιδόντα, & quibusdam aliis locis, cùm Græcè dicatur, Genitus, ipsius quoque interpretis testimonio, qui ita traducit: Liber generationis, γένεσις. Et iterum: Generatio autem Christi sic erat, γένεσις: & iterum, Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob, ἑγένετο, & aliis etiam in locis. Et sane genitum dici, nō natum, ex hoc constat, quòd Græca verba sunt eadem penè,

Matth. 26:1

Matth. 1:1

vers. 18

vers. 2

penè, quæ Latina à nomine Genus venientias: quanquam dubitari potest, an genus à gigno, cuius præteritum est genui, fiat: an hoc verbū ab illo nomine, à cuius supino genitum. Quia non fit genitio, & si ratio poscit, mutuamur generatio à supino verbi genero, quod à genitus utique descendit, non autem, ut parum perit Priscianus ait, genus à genero. Hoc cum ita sit, cur non transtulit interpres, per Genitus ^{Génitus;} potius, quam per Natus? An quod ad patrem tantum gignere pertinet, sicut ad solam matrem concipere? Minimè, sive Latinè id dicas, sive Gracè. Latinè quidem, ut apud Valerium Maximū: Socrates matre obstetricie, & patre marmorario genitus. Apertius apud Quinilianum: Si adeò non genuit filium, sed effudit, & ex illo infelici partu ingratum uteri pondus exposuit. Gracè autē hoc ipso teste interpres, Beatæ steriles, & ventres qui non ^{Luc. 23.29} genuerunt, ἔγεννοι. Ergo ad matrem quoque gignere pertinet, ideoque ut genitor, ita & genitrix dicitur: sed ipsum ejus gignere est parere, ut quæ modò attuli exempla testantur, & ipse interpres, qui in Luca ait: Elizabeth autē ^{Luc. 1.57} impletum est tempus pariendi, & peperit filium, ἔγεννοι. Et in Joanne: Postquam pepererit filium. Potuit igitur interpres transferre Natus, pro Genitus. Nec solum potuit, sed etiam debuit, ne diceret obscure, Cum ergo genitus esset Jesus: & alibi, Et multi in na- ^{Matth. 2.1} ^{Luc. 1.14}

Cap. I.

LAUR. VALLÆ COLLAT.

Marc. 14. 21 tivitate ejus gaudebunt, γεννήσει. Et alibi, Bonum fuisset ei, si natus nō fuisset homo ille, εγένετο. Ut intelligent se errare, qui ad probandum melius esse, homini male esse, quam non esse, hunc locum contra ipsos facientem, ita conantur eludere, quod non dixit Dominus, Si nunquam genitus fuisset homo ille, sed si nunquam natus, cum forsitan debuerit magis transferri genitus, quam natus. Non enim ad matrem magis, quam ad patrem illud gignere perinet, sive ad partum magis, quam ad conceptum. Quod si Grecarum literarum ignorantia decipiebantur, tamen prudentia poterant veritatem conjectare, cum non longè posset dicatur:

vers. 10

Quod in ea natum est, de spiritu sancto est, γεννήσει. Non enim tunc natus erat Jesus, sed conceptus, sive (ut Gracum verbum significat) genitus. Ex quo videtur etiam mater gignere, cum concipit; sed foris dictum est more aliarum mulierum, prout à quibusdam dicitur Mater Domini enixa: cum eniti sit cum conatu & labore parere, quod in matrem Domini non cadit, quod Græcè eleganter ὡδίνειν, hoc est, cum dolore parere. Vocem autem hanc Græcam, de qua agimus, posse transferri vel genitus, vel

Noct. att. I. natus, probat Aulus Gellius, qui ita epistolam
9. cap. 3. Philippi regis ad Aristotelē transfert: Filium mihi genitum scito. quod equidem diis habeo gratiam, non proinde quia natus est, quam pro eo quod eum nasci contigit temporibus

Eniti.

poribus vitæ tuæ. οὐ μοι γενέσαι γόνον. πολλῶ
τὸν τῆς θροῖς χάραν ἔχω, ἀλλὰ τὴν γενέσην
τὰ παιδία, ὡς δὲ τῷ καὶ τῷ στολῇ ἡλικίᾳ ἀντὸν γε-
γενέσαι. Hac hactenus, dum illud addam, non esse
Gratia, Cum ergo, sed Cum autem natus esset Matth., 2.1
Jesus, τὸν ἄνθρωπον γεννήσαι.

18. Cum despontata esset mater ejus Maria Joseph priusquam convenienter, inventa est in utero habens.] *Duae dictiones desunt, nam sic legitur Gratia; Cum enim despontata esset mater ejus Maria Joseph, priusquam ipsi convenienter, μηδέθεοις γένος τοῦ μηδέθεος Αὐτὸς Μαρίας τῷ Ιωσήφ, οὐδὲν οὐδέθεον αὐτὸς.* In utero habens, græcanice dixit, pro prægnans, quod rarissime in novo Testamento invenio, ut iterum paulo post. Et ad Thessalonicenses: Si-
verf. 22
cut dolor in utero habentis, quale est apud E-
sa. Propter timorem tuum domine, in utero accepimus & doluimus. Non solum durè in utero accepimus sed etiam fortè durim do-
luimus, pro peperimus sive enixi sumus. Ob id autem quod dicitur, Priusquam convenienter, non sequit ut poste a cōvenerint, probat copiosissime Hieronymus adversus Helvidium, sed è sacrī libris. Verum quò magis Helvidiana stultitia pateat, afferam pauca è libris non sacrī exempla, qualia sunt infinita, Vergilius: Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat. Quasi posset prius Dido devorari à terra, deinde pudorem violare. Cicero: Utinam Pu-
Aeneid. I. 4
Pro Milone

blius Clodius non modò viveret, sed etiam pro consule dictator esset, antequā hoc tantum spectaculū viderem. *Quod si quis dicat, accipi prius nunc & antè pro potius, et si inanis responso est, afferam Gracum auctore, ut Graca sunt Euangeli verba: Thucydides, Remittunt igitur prius hominē, quām audierunt, quam certè illum nunquam postea audierint. Plura afferrem exempla, nisi omnes sic loquerentur: Antequam absolveret domum, decessit. Hominem, priusquam occideret me, occidi. Ut de hoc adverbio disputat Hieronymus adversus eundem: ita in adverbio, donec, ostendit non utique aliquid significari postea subsequutum,*

verl. 25 *ut in illo: Nec cognovit eam, donec peperit filium. Non enim sequi, Joseph post partū eam cognovisse. Quam disputationem vel non tenens memoria, vel non satis probans Remigius, ita locum hunc exponit: Nec cognovit eam, & peperit filium: videlicet donec pro & accipit, quasi aliud sit donec quam usque quo, sive usque dum, sive quoad, sive (ut solet interpres transfrerre) quoadusque. Nunquid quodlibet horum adverbiorum vellet interpretari per &? Mibi quidem suo sermone Remigius vindetur innuere, Joseph peperisse potius quam Mariam.*

19. Et nollet traducere eam:] Παρεγδει-
ματίου. *Quia Joseph erat vir justus, videtur noluisse ad se traducere Mariam, tanquam ipso*

ipso indignam. Atqui diversa sententia est, ac penè contraria. Non enim sui honoris habuit rationem Joseph, sed Maria, ne illam ad populum traduceret exemplo aliis futuram. Nam ab exemplo hoc verbum venit, quod si liceret transferre, diceremus exemplor. Scilicet dare exemplo, habere est ostentui, ut ad Hebr. Osten- Hebr. 6.6
tui habētes. quoniam facere quempiam exem-
plum ceteris, est tradere illum ostentui haben-
dum. Ideo cum alijs multi Philosophi, tum verò Plato in Gorgia inter genera pœnarum posuit exemplum. Unde apud Terentium in Eunu-
cho, ac ceteros, accipitur exemplum pro atrocí
pœna. Ergo non implet vim Graci verbi nostrū
traducere, quemadmodum apud epistolam ad
Colos. et si non nihil diversum sit Gracè, spo- Colos. 2.13
lians principatus & potestates, traduxit cō-
fidēter, triumphans illos in semetipso, ἐδειγ-
μάνοντο. Proinde ad hujus verbi sensum aperiē-
dum transferam locum quendam Demosthenis
contra Ēschinem falsa legationis, ἀντί τοῦ δια-
πονέων ἀργύειον λεξέων τοῦ οὐ δύεσθαι τὸ εἴ-
λεγχθῆ συφῶς τοῦ ἀπότομοῦ περισταλμένου, μάλιστ-
α, εἰ οὖστε, Στοκτέατε. εἰ δὲ μή, ζῶντα τοῖς λοι-
μοῖς πρεσβεῖα τονιστας, id est. Quod si per fa-
cinus pecunia muneribusq; acceptis, & hoc
planè coarguatur ex rebus ipsis quas gessit,
præcipuum quidem fuerit, si potestis, ut oc-
cidatis: sin minus, viventem cæteris facia-
tis exemplum. Ita hic dicendum erat. Et nol-

let eam facere exemplum. Quanquam potest videri interpres per quam eleganter dixisse traducere, pro eo quod est in publicum & in aperatum, atque ad judices ducere, ut est apud Petronium arbitrum: Protédo igitur ad genua vestra supinas manus, petoq; & oro, ne nocturnas religiones risum jocumque facere, néve traducere velitis tot amicorum consilia secreta, quæ vix mille homines noverūt.

Volebat occultè dimittere eam.] ~~λολύσσειν~~. Non accipitur nunc dimittere pro relinquare, sed pro missam facere atque repudiare. Et proinde occulte, ne ceteri scientes hoc, eam ad pœnam vocarent.

22. Quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem:] Græcè ambiguum est ad astrum referatur, dicentem, ad Dominum, an ad Prophetam. Ego ad Dominum mallem referre, ideo dicente dicerem, ~~λέπτης~~.

23. Ecce virgo in utero concipiet.] Verius legitur in iis codicibus, ubi scribitur, in utero habebit, quia supervacuum est in utero dicere, cum dicatur, Concipiet. Et ita Græcè habet: εἰ γαστὴ ἔξει. Sed ego transtulisse: Ecce virgo concipiet. Idem enim posset concipiet, quod in utero habebit.

C A P. II.

2. ET venimus adorare eum.] Temporis prateriti est, ideoque acuit antepenultimam, ~~ηλιόφυγη~~. Et

4. Et cōgregans omnes Principes sacerdotum & scribas.] *ἀρχόντες.* *Nescio an liceat dicere, Princeps sacerdotum, ad Gracæ vocis imitationem, quia Latinè (ut saepe transfert interpres) dicitur Pontifex. Nam Præsul, quo Præsuli quidam pro Pontifice utuntur, dicebatur pri- mus inter sacerdotes Martis, qui Salij, à salien- do vocabantur.*

6. Ex te enim exiet dux.] *Exibit, ego dixisse, non exiet.*

7. Diligenter didicit.] *Unum Gracè est verbum, quod dici poterat, vel exquisivit, vel rimatus, vel perscrutatus est, inexploros. Idem pene verbum, cum ait:*

8. Ite, & interrogate diligenter de pue-
ro.] *ἴξετασθε ἀνέλαβος, quod transferri poterat: Profecti, investigate, vel rimamini, vel exquirite, ut mox facit interpres: Secundum vers. 16. tempus, quod exquisierat à Magis. inexploros. Magos non esse maleficos illos, qui à jure da- mnantur, cum Xenophon, Platoque, & alij mul- ti ostendunt, sed sacrificulos ac religiosos, tum Herodotus gentem quādam Medorum esse tra- dit, & unum illorum occupasse regnum Per- rum, etiam vivente Cambyses, quem septem Per- se, falso se Cambysis fratrem esse dicentem, & re- gno, & vita privaverunt. Quod etiam Hiero-*
cap. 2.
nymus super Danielē docet, inquiens: Con- suetudo autem & sermo communis Magos pro maleficiis accipit, qui aliter habentur a- pud

Cap. II. LAUR. VALLAR. COLLAT.

pud gentem suam, ed quodd Philosophi Chal.
dæorum, & ad artis hujus scientiam periti,
reges quoque & Principes ejusdem gentis
hæc omnia faciunt, unde in Nativitate Do-
mini salvatoris, ipsi primum ortum ejus intel-
lexerunt.

II. Et intrantes domum.] *Non est Græ-
cè intrantes, sed venientes in domum, quasi
venientes ad domum, ne videantur (quod ab-
sist) intrando irrupisse in domum, ελθόντες εἰς τὰ
οἴκατα.*

Invenerunt puerum cum Maria matre e-
jus.] Cum Maria matre sua, dicendum erat,
quoniam reciprocum est. Sed Græca vox dece-
pit interpretem, ut aliis quibusdam locis qua
annotabo.

Et procidentes adoraverunt eum.] Προσέ-
πει, Græcè est, cadentes, sive lapsi. *Quemad-
modum & apud Lucam:* Et ecce vir plenus
lepra videns Jesum, procidens ad genua *fe-
su. μωῶν.* Et apud utrumque horum Evangelii.

Luc. 5. 12. *προσεπει.* Matt. 14. 39 *πτωσις de Domino loquentium dicitur:* Proci-
dit in faciem suam, quod est Græcè, Cecidit,

Luc. 17. 16. *Ἐπεσσει.* Aliter enim alio in loco dicitur apud Lu-
Luc. 5. 8. cam, Procidit. Quod cum videret Petrus,

procidit ad genua Jesu, *περιέπει.* Nescio cur
hic transferat procidens, & posterius cadens,

Math. 4. 9. Si cadēs adoraveris me, *μωῶν.* Nisi more suo
& **Cor. 14. 15.** gratia varietatis, ut ad Corinth. 1. Et ita ca-
dens in faciem adorabit Deum, pronuncians
quod

quod verè Deus in vobis est, ~~misericordia~~. Quo magis miror Hieronymum ita scriptum reliquisse super Danielem : Omnem scripturā sanctam Cap. 3.] mente percurrentes, nisi me tamen fallit oblio-
vio, nequaquam reperio, quod sanctorum quisquam cadens Deum adoraverit; sed qui-
cunque idola, & dæmones, & res illicitas adoraverit, cadens dicitur adorare.

Et apertis thesauris suis] Thesaurus Græc. Thesauros
cum nomen est, non tractum ab auro. Ideoque
legimus thesauros nivis in Job, & in Plauto, Iob 38.22
Thesaurum auri : quod videlicet possit esse &
aliarum quoq; reram. Infinita sunt apud Gra-
cos exempla, quamquam etiam ex hoc palam
est, quod in thesauris Magorum myrrha &
thus. Nec inficior raro sic apud nos usurpari,
sed ut Paulus Jurisconsultus definit, inquiens:
Thesaurum esse veterem quādam depositionem
pecunia.

12. Et responso accepto in somnis.] Χρη-
μανδάρτις, idem verbum est, respoſo accepto,
quod in illo: Et admonitus in somnis, Re- vers. 22.]
ponsū pro oraculo accipiendo est, ut opti-
met transferri possit, Accepto oraculo.

13. Surge, & accipe puerum.] Gracē est;
excitatus, accipe puerum. Hic sermo est sine
conjunctione, ἐγέθεις παρέγλασε. Ideoque mox per
unum verbum idem locus transferitur.

14. Qui exurgens nocte, accepit puerū.]
Οὐ δὲ ἐγέθεις, participium praesentis pro prateri-
tio-

Cap. III. LAUR. VALLÆ COLLAT.

ii. Qualia multa, tanquam parva, omitto.

18. Vox in Rama auditæ est, ploratus
& ululatus multus.] *Deest vagitus sive plan-*
ctus. Tria enim sunt nomina, non duo, dplū. G.
καλαθμὸς καὶ ὁδυρμός.

CAP. III.

1. **V**enit Joannes Baptista, prædicans in
deserto Judææ,

2. Et dicens: Pœnitentiam agite, ap-
propinquabit enim regnum cœlorum.] Ve-
nit, *temporis est præsentis: & appropinquavit*
legendum est, nō appropinquabit. Quod nunc
ait, Pœnitētiam agite, alibi Græco respondere
volens, ait, Pœnitēmini. μετανοήτη. Pœnitēmī-
ni, & credite Euangeliō. Prædicās, Græcè est,
præconizās, αὐτογίνεσθαι πρύτανοι, καὶ λέγω, μετα-
νοῆτη, ut in epissola Petri altera: Noë iustitiæ
præconem, κάπους, licet propriè transferri hoc
nomen solet caduceator, qui est legatus tempo-
ribus belli. Et sane apostoli ac sancti viri, lega-
tionis officio fungebantur, à Deo missi ad nos ho-
bes suos, & quasi cum illo bellum gerentes, unde
legatum se Dei Paulus ait, ad Ephesios scri-
bens: Euangelij, pro quo legatione fungor
in catena. Licet aliud sit hoc vocabulum,
αρματῶν.

3. Pilis camelorum.] *Græcè cameli est,*
καμήλας. non camelorum, & sane elegans dicitur in
singu-

singulari, ut, Pili leonis duriores sunt pilis ursi, & pennæ aquilæ sunt fortiores pennis anseris, potius quam leonum, & ursarum, & aquilarum, & anserum.

8. Facite igitur fructum dignum pœnitentiæ.] *Casus genitivo, pro ablativo usus est, quia Gracè sic legebat interpres, ut ratiōis, quem admodum alibi, ut in Psalmis, si modo idem fuit interpres: Eripiens pauperem de manu fortiorum ejus, &c., quia Graci cōparativo quoque genitivum applicant, ablativo carentes. Itidem facit in Luca: Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Et si hoc genus constructio- nis reperi apud Cornel. Nepotem in vita Atticis: non memini an alibi.*

9. Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suffitare filios Abrahæ.] *Gracè est, Et ne videamini dicere intra vosipfisos: & Abrahæ dativi est, non genitivi casus. Et potest potius quam potens est. Utinam nunquam in men- tem venisset illi, qui primus instituit trāsferre, quoniam vel quia, pro quod, qua dictione qua- si obsolescit oratio. οὐ μὴ διέπειτε λέγειν ἐν ἑα- τοῖς, πατέρες ἔχομεν τὸν ἀβεράμ. λέγω γὰρ ὅμηρον, ὅπ- λύταρχὸν δὲ θεός εἰναι τὸν λίθων τέτταν ἐγένεται τέκνα τῷ ἀβεράμ. Eadem penè verba sunt apud Lucam, ibidem & Abraham dativi casus.*

10. Jam enim securis ad radicem arbo-
ris

Cap. IIII LAUR. VALLAE' COLLAT.

ris posita est: omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.] Melius iij codices habent, in quibus legitur arborum, ἐν δέ τοι παρ. Præterea præsentis temporis verba sunt, non futuri, exciditur & mittitur: sive potius transferendum est, jacitur: et si missilia vocantur quæ jaciuntur, εὐθύνεται ἡ εἰς τοὺς βάπτιστας. Idem dico de simili loco apud Lucam.

11. Qui autem post me venturus est.] Qui post me venit, Gracè est præsentis temporis, οὗ ὁ οὐρανὸς μετέχει.

16. Et vidit spiritum Dei descendenterem sicut columbam, & venientem super se.] Et De pronome mine reci- si aliquando pronomen hoc Gracum ambiguum, procæ signi- nunc tamen nequaquam videtur ambiguum, ficationis. ideoque non fuisse transferendum, Super se, tanquam de Christo dicatur, quod vidit spiritum Dei descendenterem super se: sed super eum,

ut de Joanne intelligatur, cuius gratia aperi sunt cœli, ut videret spiritum sanctum, quem vidit descendenterem non super se, sed super Iesum, id est, super eum. Nam Christo semper patente cœli & spiritus sanctus, quod probat illud Joan.

Joan. I, 32 Et testimonium perhibuit Johannes, dicens: Quia vidi spiritum descendenterem quasi columbam de cœlo, & mansit su-

33. per eum. Et ego nesciebam eum: sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendenterem & manen-

manentem super eum , hic est qui baptizat
in spiritu sancto. Nam si diceret, Super se, di-
ceretur *Grace*, επ' αὐτῷ, nunc dicitur, επ' αὐτῷ.
Eiam quasi columbam , dicitur elegantius Quasi,
Sicut,
quām, sicut, hoc est, quod descendit spiritus san-
ctus, perinde ac si foret columba, videlicet in spe-
cie columbae. At descendere sicut columbam,
nihil est aliud quam descendere sicut columba
descendit : quemadmodum solemus dicere , Tu
ambulas sicut anser. Nunc spiritus sanctus nō
descēdit sicut columba, quia volavit ut colum-
ba, sed descendit in specie columbae. Neque verò
quod dicitur columba , putet quisquam fuisse Columba
speciem columbae magis quām columbi, sed quia
hoc nomen apud Gracos epicænum est, ut aquila ,
quemadmodum prius & columba apud
nos fuit, de qua re Varro differit. Unde apud
Vergilium , Geminæ venere columbae : qua-
rum certè una mas erat. Ut hoc loco dixit, se
pro eum, ita e diverso ejus, pro sui, apud Pan-
lum: Quos præscivit & prædestinavit con- Rom. 8, 19
formes fieri imaginis filij ejus , ἐσ τογένεσθαι,
ἐγ γένεσθαι συμβόρους τῆς εἰκόνος τοῦ οὐρανοῦ.

17. Hic est filius meus dilectus , in quo
mihi complacui.] Quia hic, eadem apud Mar- Marc. 1, 11
cum verba, eadem quoque in secunda Petri epi-
stola, ac penè eadem apud Lucam: sed nullo in 2. Pet. 1, 17
loco legitur Græcè, mihi, sed forsitan id factum
est necessitate, quanquam poterat aliter trans-
ferrre, ut sic in Psal. Holocaustis non delecta- Luc. 3, 22
beris, Psal. 51, 19

*beris, διδούντες. Sed cur omisit, bene, quod in
Greco est, διδόκην;*

CAP. IV.

Luc. 4, 4 4. **N**on in solo pane vivit homo.] *Gracē
est futuri, vivet, ζ'νετο. Itidē in Luca,*

Psal. 91, 11 6. *Quoniam angelis suis mandavit de
te.] Gracē est, mandabit, quam culpam libra-
rij arbitror, aut alicujus temerarij correctorio
tam hic, quam in Psalmo: nam ē Psalmo hic lo-
cus est sumptus, ὅποι τοῖς ἀγρέλοις ἀπὸ θυτεῖται
σείσθαι, μήποτε*

Psal. 13, 5 10. *Ne fortē offendas ad lapidē pedem tuū.]
Ego maluissim dicere, Nequando, vel ne un-
quam, μήποτε, ut est in Psalmo, nequādo dicat
inimicus, Prævaluī adversus eum, μήποτε.*

10. *Vade Satana.] Gracē est, Abi post me
Satana, υπαγε ὅπισθι με στηλαῖ.*

Latria. Et illi soli servies.] *Λαζδότεις, hoc Greco
verbo non retinentur nostri, sed nomine, quod est
Latria, volentes hunc actum soli Deo deberi.
Is et si frequenter Deo exhibetur, nō tamen sem-
per. Nam, quantum ego sentio, magis ad homi-
nes pertinebat. Ideoq; Principes Gracē lingua,
quorum auctoritate nitimus in verborū signi-
ficationibus, ita usurpant, ut apud Xenophon-
tem, libro tertio in Cyripadia: εγώ μὲν, ἔφη, ὁ νῦ-
νε, καὶ τὸ φυχῆς οὐαλύτω, ὃσε μήποτε λαζδόται
ταῦτω. Hoc autem est: Evidem Cyre, ego
vel*

vel anima redimerem, ne quando ista serviret. *Hac viri sunt verba. Tum uxor eadem loquitur alio verbo, ut appareat inter ipsa verba; latram & duliam, nihil interesse, & quod am̄ luxus ad mecum, esse mihi non debet.* Et certè cùmpriores fuerint autores Gentiles quam fideles, sive Græci, sive Latini, nimis raro multo plus obtinent autoritatis; quippe cùm eos omnis posteritas tam fidelium quam infidelium, habeat aurores, & eatenus rectè loquatur, quatenus ab illorum usu non discrepat. Nam consul. Linguatum
usus servat
dusa
tò quidem, & de industria velle ab illis diffen-
tire, nisi vehemens causa coegerit, insania est:
inscientem verò hoc facere, inscitia. Quan-
quam sint qui negent Theologiam inservire prä-
cepsis artis Grammaticæ, at ego dico, illam de-
bere servare etiam cuiuslibet linguae usum, qua
loquitur, nedum literatæ. Nam quid stultius,
quam linguam, qua ueris, velle corrumpere,
& committere ne ab iis apud quos loqueris, in-
telligaris? Nemo enim intelligat eum, qui pro-
prietatem linguae non servat, quam nemo un-
quam fuit qui non servaret volens & prudens,
sed per imprudētiā labens, velut in illo, Stan-
tes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusa-
lem, Hierusalem quæ ædificatur ut civitas:
pro ædificari. *Nimirum non consultò sic dixit
interpres, sed deceptus est participio Græco pas-
sivo temporis presentis, οἰκοδομήση, in quo ipse
resoluendo per verbum fuit indiligens.* Sicne

Cap. IV.

Adiect. ad
Daniel. c. 3
vers. 60

vers. 79

Levit. 23, 7

Lev. 18, 21

Iob cap. 2, 9
in Greco
exemplari,

LAUR. VALLÆ COLLAT.

alibi deceptus est articulo Greco : Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt : pro eo quod est , quæ super cœlos estis, τὰ οὐρανά. Et iterum : Benedicite cete , & omnia quæ moventur in aquis. Hic eum articulus cum participio decepit, τὰ κυρίουεα. Sed, ut ad latriam redeam, ne solùm videar exempla è gentilibus attulisse, afferam ex Ecclesiasticis quoque, in Levitico, Omne opus servile non faciens in eis, λαζδάτον. Et iterum, De semine tuo non dabis servire Principi, λαργάσ. Et in Iob, Mendica, λαργίς. Proinde mihi faciendum puto, ut cum hac dictio varie transferatur, ubique repertero non referri ad Deum, lectorem ejus admoneam.

16. Populus qui ambulabat in tenebris.] *Melius habent iij codices, in quibus legitur, Sedebat, ναθίμενος.*

Et sedentibus in regione umbræ mortis.] *Legendum est, Et sedentibus in regione & umbra mortis, εν χόρᾳ καὶ οὐρᾳ διατέττεται.*

Marc. 1, 17

19. Et faciam vos fieri pescatores hominum.] *Non est apud Matib. Fieri, sed apud Marcum : hic enim tantum est, Faciam vos pescatores hominum.*

21. Una cum Zebedæo patre eorum.] *Dicendum fuit, suo, non eorum.*

& zon. 24. Et abiit opinio ejus in totam Syriam.] *In usitato nomine usus est, opinio, pro eo quod est fama, rumor, ἀκοὴ, qua dictio, ut ad vocem*

vocem magis, quam ad elegantiam transferatur, Latinè dicitur auditio sive auditus, ut in Ioanne transfertur ex Esaia: Domine quis credidit auditui nostro: neq; solum hic transfertar opinio, sed etiam posterius, Audituri estis prælia & opiniones præliorum, πολέμους, ἢ αὐτὸς πολέμων. Et in Marco: Cùm autem audieritis bella & opiniones præliorū. Eadem sunt apud Marcum, que apud Matthæum verba, & tamen prælia & bella indifferenter ponit interpres, cùm potius sit bella; nam unum semper est nomen, ut in plebs & populus, οἱον.

25. De Judæa, & trans Jordanem.]

Duae prepositiones cohærentes, præter Latinorum modum, quasi sibi mutuo subserviant, in his verbis concilcantur: quod & alibi facit, ut in Psalmo: Et elegit David servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium, de post foetantes accepit eum. Quem locum in vita Clemens imitatus est, qui dixit: Apparuit fons de sub pede, &c. Sed quantum mihi est judicij, hoc in loco ignoravii interpres, posse dici, Trans alpes venio, quia raro reperitur, quippe de quo nec Priscianus præcipit. Ego omisso exemplo illo, Trans alpes, afferam exemplum ad aquas pertinens, quoniam de aqua nunc sermo est. Quintilianus de pastu cadaverum: Ergo ut vidimus salutem publicam trans mare petēdam. Caesar in commentariis: Plerosque Belgas ortos esse à Germanis, Rhenumque antiquitus traductos.

Duae prepositiones cohærentes.

Psal. 78, 79

C A P . V .

i. E T accesserunt ad eum discipuli ejus.] Suidicendum fuit, non ejus, ut in opere quodam disputavimus.

6. Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.] Ego dixisse, justitia. De iis enim opinor Deum loqui, qui propter justitiam esuriunt & sitiunt, cum addatur, quoniam satiabuntur. Transtulisse quoq; illud in Psalmo, per ablativum potius quam per accusativum, etsi Gracè est accusativus: nam sensus est illis loquendi modus. Et exultabit lingua mea justitiam tuam: si sit in altero Psalmo, Et justitia tua exultabunt: quod Graci soleant ponere accusativum pro dativo, qui in pro dativo, star est ablativi nostri, sive pro genitivo, cum apud Grac eos. ea, qua posterius dicam, testimonio sunt, tum illud superius: Habitavit in civitate Nazareth, etsi ab aliis Gracè est, in civitatem. Taceo quod interpres pro urbs, pont civitas.

ii. Et dixerint omne malum adversus vos.] Deest verbum, ut sit, omne malum verbum, pñma.

Evanescente 13. Quod si sal evanuerit.] Gracè est, infatuated fuerit μαρτλη: ego dixisse, desipuerit. Nam evanescere, est in modum sumi deficientem consumi, & in nihilum reverti.

15. Ut luceat omnibus qui in domo sunt] Gracè

Gracè est, & lucet, ἡ λαμπτεῖ.

18. Amen quippe dico vobis.] *In multis nos sumus quam Graeci los pleriores.* Nam pro una illorum causativa, & nos multas habemus, quia, quoniam, enim, nam, namque, siquidem, quippe, & qua in Euangeliō non sunt, quando, quandoquidem, quatenus, & si qua sunt alia. *Proprium autem Latinum, quod illi Graco respondet, est enim.* Nam ipsorum δὲ, δὲτι. respōdet apud nos, quod. Item pro una illorum discretiva δὲ, nos plures habemus, vero, autem, δὲ. porrē, tamen, at, & quod semel in Euang. reperitur, nam, ut suo loco ostendam. 1. Tim. 5, 6

22. Omnis qui irascitur fratri suo.] *Melius iij codices, qui sine causa habent, ut sit, Qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit gehennæ ignis:* *Gracè est, in gehennam ignis, eis τὸ γέενναν.*

23. Et ibi recordatus fuiris, quia frater tuus habet aliquid adversum te.] *Huius simile est illud posterius: Adorans & petens ali-* Matt. 20, 20.
quid ab eo. Item apud Lucam: Habeo tibi Luc. 7, 40
aliquid dicere. Et in Marco: Et angariaverunt Marc. 15, 28
quempiam prætereuntem Simonem. Et
in Luca: Et duodecim cum illo, & mulieres Luc. 8, 1, 2
aliquæ, quæ erant curatæ ab illo à spiritibus
immundis. Et iterum: Sunt aliqui h̄ic stan-
tes, qui non gustabunt mortem. Ego potius Luc. 9, 27
quam aliquid, & aliquæ, & aliqui, & quem-
piam, dixisse, quiddam, sive quandam rem,

Quidam. & quædam, & quendam. *Nam utroq; modo dictio Græca transferri potest. De qua differen- tia disputavi alibi latius, ostendens per quidam significari hominem certum, per aliquem & quempiam, hominem incertum.* Ideo illud apud Hebreos, Testatus est quodā loco quis, transfulissem, quidam, *ms.* *Aliud enim est, dicat quis, id est, aliquis, nempe quicunque is fit:* & dixit mihi quis hanc rem, quia non possum subjecere quicunque is fit, *quia nunc ille certus apud me est: proinde, quidam, dicendum fuit.*

27. Audistis quia dictum est antiquis:
Non mœchaberis:

28. Ego autem vobis dico: Quicunq; vi- derit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est in corde suo.] Mœchari Cūcupisco. *Gracum est verbum, ἐ μοχθεῖς.* Concupis-
re verò id est, *ἐπιδυμία, non semper in malam*
Luc.22,15, accipitur partem, ut apud Lucam: Desiderio desideravi hoc pascha māducare vobiscum:
ἐπιδυμία ἐπιθύμων. Cur itaque nunc peccatum
est, mulierem concupiscere, veluti ut eam ha-
beas uxorem, quemadmodum fecit Iudas filius
Jacob, & Sampson, & alij infiniti? etiam si pec-
catum sit, cur tamen adulterium, cūm idem sit
mœchari quod adulterare? Nescio an nunc
transferre debuerit uxorem sive matronam,
quoniam hoc nomen profæmina, & pro uxore
accipitur, ut in epistola ad Corinthios ostendam,
an mœchari accipiatur pro scortari: sive, ut

*consueto magis vocabulo utar, fornicari, quod fornicari,
propria significationis est habere in fornice me-
retricem: quoniam qui cum muliere, non cum
uxore coit, in matrimonium injurius est, tan-
quam causa sit ne illa nubat. At si ipse maritus
est, quasi in suam uxorem adulterium commit-
tit, ideoque paulo post dicitur, Qui dimiserit ver. 32
uxorem, excepta causa fornicationis, facit
eam moechari: & qui dimissam duxerit, a-
dulterat? Nonne haec fornicatio uxoris tuae adul-
terium est? Ergo sicut fornicari accipitur pro
moechari, ita moechari pro fornicari. Mœ-
chari vero & adulterare, more suo variavit
interpres, cum tamen Græcè idem sit verbum,
μοιχᾶς, μοιχᾶτος.*

29. Expedit enim tibi ut pereat unum
membrorum tuorum, quam totum corpus
tuum mittatur in gehennam.

30. Et si dextera manus tua scandalizet
te, abscinde eam, & projice abs te: expedit
enim tibi, ut pereat unum membrorum tuou-
rum, quam totum corpus tuum mittatur in
gehennam.] Græcè est, Et non totum corpus
mittatur in gehennam. Nescioq; quid in men-
tem venit interpreti, si hoc vitium interpretis
est, ita loqui, ut nec Latinè dicatur, nec Graco
respondeat. Neque enim memini talem figuram
dicēdi usquam apud eruditos reperiisse: & aliud
est expedit, aliud præstat legere quam scribe-
re. Sed forte eum induxit, quia posterius legit

Matt. 18, 6. bonum pro melius, in simillimo huic loco: Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quām duas manus & duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum est tibi, unum oculum habentem in vitam intrare, quām duos oculos habentē, mitti in gehennam ignis. *Sunt* forsitan aliqua exempla Græca, sermonis istiusmodi. Addo etiam aliquorum veterum Latinorum Gracissantium, tamen superior locus non propriè translatus est.

Nas. 37. Sit sermo yester, est est, non non] *Gracè non legitur*, est est, sed adverbium, quo Latini veteri utuntur: ut Terentius, Næ ille haud mecum sentit. Et Cicero: Næ tu homo ineptus es, rāi rāi, quod propriè transferatur nunc, etiam etiam, ut facit aliquando inter-
Matt. 13, si pres, ut in illo: Intellexistis hæc omnia? dicūt ei, Etiam, rāi. Nam respondere, ut nunc vulgo solent, sic, barbarum est; qui barbari hunc locum transferrent, sic sic, non non.

39. Sed si quis te percuferit in dexteram maxillam præbe ei & alteram.] *Gracè non est*, præbe, sed verte, sp̄. *for.*

41. Et quicunque te angariaverit mille passus, vade cum eo alia duo.] *Quidam codicæ* habent, alios duos. Ergo dicendum erit, aut alios duos passus, aut alia duo mille, quorum numerum rectè dicitur. Cuius rei causa est, quod *Gracè*

Græcè legitur, unum miliarium, μίλιον τρίτην, ut probè sequatur, alia duo. Itaque sic ego transstulisse.

46. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nōnne Publicani hoc faciunt?

47. Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nōnne & Ethnici hoc faciunt?

48. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

*Annotatio-
nem habe-
bis sub ini-
tium 6. cap.*

C A P. VI.

1. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est.

2. Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ.] Non est, mercedem habebitis, legendum, sed habetis, ἔχετε: & amicos, non fratres, φίλους: neque hoc faciunt, sed idem, τὸ ἀντί: neque tantum idem, sed sic, εἴτε: nec iustitiam, sed eleemosynam, εἰληφοσωύλω, ideoq; subjungitur, Cùm ergo facis eleemosynam.

Hypocrita.] Nescio cur non transferatur histrio, sive aliud quippiam. Sed non solumquam interpretem delectat Græca vox, ut Ethnicus pro Gentilis, & thronus pro sedes, & alia multa.

Amen

Cap. vi. LAUR. VALLM COLLAT.

Amen dico vobis, receperunt mercedem
Matth. 5, 46 suam.] Gracè est, accipiunt, ἀπέχεται, quod
congruit cum illo superiore, habetis mercedē.

Ut honorificantur ab hominibus.] Δοξά-
Matth. 5, 16 θῶν. Idem verbum hīc quod ibi superius, ut
glorificant patrem vestrum, δοξάων.

5. Et cùm oratis, non eritis sicut hypo-
critæ.] Singulariter Gracè dicitur, non plura-
liter: Et cùm oras, non eris, ὅταν προσδέχης, εκ
τὸν, ut ex sequentibus datur intelligi.

6. Tu autem cùm orabis.] προσδέχης. Oras
legendum est, non orabis. Nam & illud proxi-
num temporis est praesentis, non futuri.

8. Quid opus sit vobis.] Ad literam Gra-
cè est, quibus necesse habetis, sive quorum
necessitatem habetis. ὅτι προσδέχεται.

11. Panem nostrum supersubstantialem.]

Quoniam durū videbatur vocabulum super-
substantialem (quoniam Gracè est super-
essentialem ὁμόον) ideo fortasse factum est, ut
in oratione Dominica, qua secundū Matthaeum
utimur, simus unum vocabulum mutuati ex
Luca, quotidianum: præsertim ne illud sub-
stantia sive essentia, moveret ambiguitatem.
& hoc quidem ratione nititur. Illud autem qua
ratione nisi potest, quod bonam partem Domini-
nicae orationis decurtavimus ὅτι οὐδὲν οὐ βα-
σιλεῖα, καὶ οὐ διύλιμος, καὶ οὐ δόξα eis τὰς διώρους, ά-
πλοῦ, id est. Quia tuum est regnum, & poten-
tia, & gloria in secula, amen.

Luc. 11, 3

14. Si

14. Sienim dimiseritis hominibus peccata eorum.] *Ego* peccata sua dixisse, ἀπέστη.

16. Exterminant enim facies suas.] ἀφαιρεῖσθαι. Idem verbum quod mox. 19. Ubi ærugo & tinea demolitur.] ἀσθενίζει. Et tamen diversum in Psalm. Exterminavit ^{psal. 80, 14} eam aper de sylva, ἐλυπλάσας, quasi vastavit & profligavit. At exterminare, est extra Exterminos finesque expellere. Hic autem de hypocritis dicitur, quod extenuant & deformant facies suas.

Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.] *Superius* admonui legendum esse in praesenti, recipiunt, non in præterito, receperunt ἀπέχονται.

21. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.] Erit & cor, legendum est, ὁσα: & vester thesaurus, non tuus: & cor vestrum, non tuum, ὑπῆρχε.

22. Lucerna corporis tui est oculus tuus.] Neque tui, neque tuus, est Gracè. Habetque majorem quandam in se dignitatem generalis oratio de omni loquens, quam ad unum directa. Idem dico in Luca.

Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?] Gracè non legitur, erunt, sed subanditur: verum nō minus propriè in praesenti, ut cum altero praesenti congruat. Ipsæ quoque eleganter propter repetitionem verbi additum est. Nam Gracè sic habet,

Luc. 11, 34

bet, Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, tenebræ quantæ? id est, sunt, nō ὅπερ οὐδεν;

25. Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.] *Deest apud nos, & quid bibatis.*

Sed quia potus utique aqua sollicitudinem non requirit, ideo visum est aliquibus fatis esse ut dicatur, Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, nec oportere addi, & quid bibatis, cùm præsertim sequatur, Nónne anima plus est quām esca? non facta mentione potus.

*solliciti de
potu,*

vers. 31 *Verū ego nescio an minus simus solliciti de pane edendo, quām de vino potando, aut sicera, catenisque potionibus, præter aquam. Et Gracè non tam esca diciur quām alimētum, quod etiam potum comprehendit, Γεῦς. Sed quid attinet disputare? Certè Gracè legitur, & quid bibatis, Υἱοί τι κατέηστε. Et posterius dicitur: Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid mandubimus, aut quid bibemus? ex quo liquet de potu quoque fieri mentionem.*

Quæ. 13, 7

26. Nónne vos magis pluris estis illis?] *Non sunt duo comparativi Gracè, quod sic transferri potest, atque etiam debet: Nónne vos magis differtis ab eis? Ergo melius in Luca: Multis passeribus plures estis vos, μᾶλλον διαφέρετε.*

27. Quis autem vestrum cogitans potest adjicere cubitum unū ad mensuram suam?

28. Et

28. Et de vestimentis quid solliciti estis?]
Idem verbum est Gracè pro cogitans & solliciti sitis, μεμνῶ, μεμνᾶτε. Et apud Marcum Marc. 4, 10 pro ærumnâ: ærumnæ hujus seculi, μεμνᾶτε: pro quo ego maluissim dicere, sollicitudines. Nam ærumnâ gravius justo verbum est, sicut cogitans justo levius.

30. Quanto magis vos, minimæ fidei?]
Gracè est: nōnne multo magis vos, parvæ fidei? ἡ πολὺ μᾶλλον ὑμᾶς ὀλιγότεροι; ideoque melius postea: Modicæ fidei, quare dubitatis? & apud Lucam: Pusillæ fidei. ὀλιγότεροι. Luc. 12, 23

34. Craftinus enim dies sollicitus erit sibiipſi.] *Rectè quidem translatum, sed ad litteram sic ego transtulisse, Craftinus enim dies curabit sua ipſius, μεριμνῶ τὰ ἱατῆς.*

CAP. VII.

3. **Q**uid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo, non vides?]
Gracè est, non consideras, κατανοῦς.

6. Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras porcis, ne forte conculcent eas pedibus.] *Potius transferendum, nequando, quām ne forte, μέντος. Et quoniam interpres per nolite loquitur, quod Gracè non dicitur, faciendum ei fuit ut diceret, Neque mittere margaritas vestras porcis.*

Ideo

**Noli, imperativum si-
ne adverbio
vetandi.**

*Ideo autem soleamus uti imperativo verbi No-
lo, quia raro jungimus adverbium vetādi cum
imperativo, quod Græci faciunt, quale nunc fo-
ret, Ne date sanctum canibus, neque mitti-
te margaritas vestras porcis, ut intelligant
errare se, qui illum locum Ioannis, ut alia mul-
ta, Wade, & amplius noli peccare, sic expo-
nunt, Dominum vetusse ne vellet peccare mu-
lier, non autem ne peccaret, ἐγ γάρ οὐ μάρτυρε.*

Ioan. 8, 11

19. Omnis arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur:

20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.] *Græcè est, exciditur, & in ignem
mittitur, ἐκνόθει, ἢ εἰς τὸ φάνερον. Hunc lo-
cum ideo reor ego aliquos emendare voluisse,
mutantes præsens in futurum: quia mali, quos
malis arboribus comparat Dominus, non exci-
duntur nunc, & in ignem mittuntur, sed po-
stea excidentur, & in ignem mittentur. Sed hi
non vident Dominum per sententias allegoricè
loqui, quasi diceret, Omnis arbor quæ non facit
fructum bonum, solet ab hominibus excidi, & in
ignem mitti. Illud quod sequitur, latinus dice-
retur, igitur ex fructibus suis cognoscetis
eos.*

Virtus.

22. In nomine tuo virtutes multas feci-
mus.] *Δωμάτιον. Virtus hic non pro honesto
accipitur, quod dicitur ἀρετὴ, quod nomen nus-
quam in Evangelio reperitur, sed pro potentia,
sive pro operibus potentiarum, ut apud Paul.*

Virtus

Virtus verò peccati mors, *id est*, vis ac po- 1 Cor.15,46
testas.

24. Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti.] *Gracè est*, assimilabo eum, ὅμοιώσω αὐτὸν sed interpres veritus est, ne in grammatica vitium incideret, si diceret omnis, & eum. *Sed cur in sequentibus inquit similis erit, potius quam assimilabitur?* 26. Similis erit viro stulto. *Ut est Gracè, ὅμοιός του, quod item posterius facit: Cui similem existimabo generationem hanc? cum Gracè sit, assimilabo, ὅμοιώσω.* *Hoc ideo notavi, quod interdum idem verbum variè transfert, & diversa eodem verbo.*

29. Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, non sicut scribæ eorum & Pharisæi.] *Ego dixisse, Erat enim docens velut potestatem habens, non sicut scribæ eorum & Pharisæi. Licer enim sit Gracè eadem dictio ὡς, tamen carent illi hac copia, quam nos Latini habemus, qui distinguimus velut & si. Matth.3,16 cut, ut suo loco differui.*

C A P. VIII.

2. **D** Omine, si vis, potes me mundare.] *Gracè est, si velis, Σέλης.*

23. Secuti sunt eum discipuli ejus.] *Melius discipuli sui.*

C

C A P.

C A P. I X.

3⁸ R Ogate dominum messis, ut ejiciat o-
perarios in messem suam.] *Cogor interdum mirari interpretis factum, qui nunc
ait, ejiciat, εκβάλη, cùm superius dicat, Neque
mittatis margaritas porcis: & non potius,
Emittat operarios, & Neq; projiciatis mar-
garitas porcis, cùm idem sit verbum, unde βάλ-
λεται. Et alibi diffamare in bonam partem acci-
pit, ut hic, Diffamaverunt eum in tota illa
terra, θερήσαντες. Et in Marco: At ille coepit
prædicare & diffamare sermonem, θαρρού-
ζειν. Alibi in malam, ut apud Lucam: Diffa-
matus est apud dominum suum: quanquam
diversum est hic apud Gracos verbū, θερήσαντες.
Item miror quod nunc Latino uititur, & pejor
scissura fit, χίστα, nunc Gracum relinquit, ut
apud Joannem, Et schisma erat inter eos.
Nam illud minus miror, quod sacrificium &
hostiam pro eodem ponit, ut hic: Misericor-
diam volo, & non sacrificium, δυσταύ. Et in
Luca, Ut darent hostiam, δυσταύ. Quod au-
tem ταῦς, nunc filium, nunc puerum transfe-
rat, & quadam similia, suo loco dicentur.*

C A P. X.

3. Iacobus Alphæi, & Thaddæus.] *Græce
Iest, Jacobus Alphæi, & Lebbæus, qui
cognosc-*

ignominatus est Thaddæus, λεββαῖος δὲ θαδδαῖος. Quod nomen nisi hoc loco legitur, non diceret Hieronymus in libris Hebreorum nominum super Matthæum: Lebæus figuratum nomen à corde, quod nos iminutivè corculum possumus appellare.

9. Nolite possidere neque aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.] In non pecunia est aurum & argentum, quod pecunia, in zona possidetur? Neque verò Græcè pecuniaicitur, sed æs, χαλκόν. Melius ergo transfertur æs.
¶ Marco: Non peram, non panem, non in Marc. 6.8. ona æs. χαλκόν. Et est pulcher ordo: Nolo vos possidere aurum modo, sed etiam argentum: nec argentum modo, sed etiam æs: nisi dicimus, non e auro & argento distum est, quod in zonis possidetur, sed utrumque. Ergo quod in zonis possidetur, pecunia erit. Verum tutius fuit transferre æs, quod etiam significat, tam sūmūd Græcos, quam hoc apud nos: quoniam æs nummus fuit primus, & diu solus. Pera & Pera. ona Græca sunt verba, penè idem quod vidu- zona: m & baltheus, τινέα, ζώνη.

13. Et si quidem fuerit domus digna, iniet pax vestra super eam: si autem non erit digna, pax vestra revertetur ad vos.] Operativi modi est, & prateriti temporis, veat & revertatur: non autem indicativi ac utri, ut omnes codices habent: ἵλθετω, οὐσεγα- τω.

19. Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.] Non est Gracè, nolite cogitare : neque enim cogitare vetabantur, sed solliciti & anxii esse, & si interpreti credere volumus, ærumnosi. Idem Matth. 6, 28 enim verbum, de quo superius disputavi, unum usi-
lum erat. Detraxi interpreti, nunc volo detrac-
tionem laude pensare. Nam quod Gracè dici-
tur;

21. Necabunt eos, διωγόσθων. Ipse nitidius dicere voluit, Morte eos afficient,
sicut aliis quibusdam in locis fecit, uti ostendam.

20. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.] Gracè est, pili capitis, τηλίξεις. Nā cùm dixeris, capilli, supervacuum est addere capitis, quoniam capillus putatur dictus capiti-
pis pilus. Ego præterea, ut Gracè est, dixissem vestrum, quia nescio quid plus hoc modo signifi-
fieat, quasi dicatur, non modo omnia membra vestra, sed etiam vestri omnes capilli, sive pili
capitis, numerati sunt.

32. Quicunque confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo.] εἰ ἐποίησα, εἰ αὐτῷ. Quantum differat per accusativum, ut postea in negan-
do sit, & per ablativum, ut nunc sit, logi, doctores Graci, qui hunc locum exponunt, sunt consulendi. Certè male legitur, Confitebitur me, & confitebor illum.

CAP. XI.

4. **R** Enunciate Joanni quæ audistis & vidistis.] *Legendum est in praesenti tempore, auditis & videtis,* κακέτε καὶ βλέπετε. *quod certè multo uberioris est sensus, quam in præterito.*

5. Pauperes euangelizantur.] *Quia interpretres solet uti hoc verbo voce activa, quidam* ζω-
putant hic, quia vocis passiva est, accipi in sen-
suum passivum. Sed activè accipiendum est, et si
voce deponenti est apud Gracos, δαχθείσονται.
Quale est illud apud Lucam: Annuncio vobis *Luc. 2, 10*
gaudium magnum, δαχθείσονται. Idem est e-
nim apud interpretem, annuncio & euange-
lizo,

7. Quid existis in desertum videre? harundinem vento agitatam?] *Grace est, quæ*
vento agitatur, συλλόγεται. Sed multa sunt
qua transeo hujusmodi.

8. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.] *Quia superius dicitur hominem in mollibus vestitum, nunc mutatum*
est, cum Grace sit, Ecce mollia ferentes, sive
qui mollia ferunt, id est τὰ μαλακά φορεύτες.

9. Etiam dico vobis, plus quam propheta-
 tam.] *Idem vocabulum hoc quod superius, Cre-* *Matth. 9, 28*
ditis quia possum facere hoc? dicunt ei, u-
tique, rā. De quo etiam memini in illo: Sit ser- *Matth. 5, 37*

Cap.xi. LAUR. VALLÆ COLLAT.
mo vester, est est, rāū, rāū.

16. Cui autem similem existimabo generationem hanc? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes, coæqualibus dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentavimus, & non planxistis.] *Ego sic transstulisse*: Cui assimilabo generationem hanc? Similis est pueris sedentibus in foro, & compellantibus sodales suos, atq; dicentibus: Cecinimus vobis tibiis, & non saltastis: ploravimus, & non planxistis: lamentavimus enim non reperitur. ἡ ωφελωνεῖστος τοῖς ἑταῖροις ἀπάντη. ἡ λέγουσιν, ἀνθίσαις οὐμῖν, ἡ ἐκ ὥρχουσας, ἐθριψάσαις οὐμῖν, ἡ ἐκ ἐπόφαδε. *Me verè transferre, vel in verbo illo, cecinimus vobis tibiis, testimonio est similis locus apud Lucam: Cantavimus vobis tibiis, ἀνθίσουμεν.*

Luc.7.32 19. Et justificata est sapientia à filiis suis.] *Cur non potius filiis ejus, hoc est, generationis? dixerat enim*: Cui autem similem existimabo generationem istam? ut de eadem generatione concludat, quod à filiis ejus sit justificata sapientia. *Cum quo congruit ali-*
Matt.12.27 quanto post sequens: Et si ego in Beelzebub ejicio dæmones, filij vestri in quo ejiciunt? ideo ipsi judices vestri erunt *Idcirco de pronomibus, suis & ejus, loquuntur sum diligenter: quia cum à Græcis vix distinguantur, tandem nisi distinguantur à nobis, reddunt ambiguous sensum, prout apud Græcos ambiguus est, avit.* 20. Tum

20. Tum coepit exprobrare civitatibus.]

Θεοδίζειν. Idem verbum quod illic, Cùm ma- Matth. 5.11
ledixerint vobis homines, ὀνειδίωσιν.

23. Et tu Capernaum, nunquid usque in cœlum exaltaberis, usque in infernum descendes?] *Similitudo literæ, ut opinor, decepit interpretem. Græcè enim est, Et tu Capernaum, quæ usque in cœlum exaltata es, usq; ad infernum descendes, sive potius deducēris, καὶ οὐ πρότερον οὐ ἔως τὸ ἕπαι τὸν ψυχήν, οὐ τοῖς αὐτοῖς καταβιβάσθηται.*

Quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent ad hanc diem.] *Indignum sane videtur sermone divino addere dubitandi adverbium, quasi nesciat Deus, quid futurum sit de Sodomis, si apud eam civitatem factæ essent istæ virtutes. Quod adverbium non fuisse addendum, nō dicam, cum ab aliis, tum à Prisciano tradi, præteritum indicativi apud Græcos, cum syllaba illa, vel adverbiali cōjunctiva, pollere pro ipso con-junctivo, sed ipsum interpretem citabo testem,* qui sine adverbio dubitandi superiorem partculam loquitus est. Quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitētiam egissent. *Eodem enim modo eadem loca dicuntur: εἰ μή, τάλαι αἱ εἰ σάκκοι καὶ σασθῆ μετρόνοι. οὐ οὐ, οὐειναὶ αἱ μέχρι τὸ σήμερον. Quid quod non solum sine adverbio dubitativo trans-*

vers. 22

fert aliquando, sed etiam per affirmativum? ut
Hebr. 8, 7 *ad Hebraos: Si illud prius à culpa vacasset,*
non utique secundi locus inquireretur, qua-
Psal. 51, 18 *le in Psalmis: Quoniam si voluisses, sacrifi-*
cium dedissem utique. Sed ut fortè, ira utiq;
supervacuum est: verum utique non nocet,
fortè nocet. Nusquam enim Christus de se, sive
Luc. 20, 13 *de patre per Fortè loquutus est, nisi ibi, in alie-*
na tamen persona: Forsitan cùm hunc vide-
Ioan. 14, 7 *rint, reverebuntur. Ideoque tollamus dubitati-*
vum verbum ab illo quoq; loco Joannis: Si me
sciretis, forsitan & patrem meum sciretis.
Pf. 81, 14, 15 *Et in Psalmis: Si populus meus audisset me,*
Israël si in viis meis ambulasset, pro nihilo
forsitan humilasse inimicos eorum. Vides
Subjunctivū. *ut tantum in subjunctivo hic error admitti-*
tur? ut iterum in Psalmis: Nisi quia lex tua
Pla. 119, 92 *meditatio mea est, tunc fortè perissem in*
humilitate mea. Quanquam haud scio, an
idem interpres fuerit Euangeliorum & Psalmo-
rum. Ceterè & inconstātia est, & infidelis trans-
lationis, tam varie differentēque transferre,
nunc affirmando simpliciter (afferam iterum e-
Psal. 81, 15 *xempla è Psalmis) Et super tribulantes eos*
misissem manum meam: Nunc vehementius
Psal. 55, 13 *asseverando: Quid si inimicus meus maledi-*
xisset mihi, sustinuisse utique. Nunc revo-
cando in dubium, in eodem præsertim loco, ut
Ibidem. *ibidem mox: Et si is qui oderat me, super me*
magna

magna locutus fuisset, abscondere me for-
sitan ab eo. *Quid tu de eadem re modo utique,*
modo forsitan dicas? Addam etiam quartum
modum transferendi apud interpretem. Si au- Matt. 12, 27
tem sciretis quid est, Misericordiam volo,
& non sacrificium, nunquam condemnasse-
tis innocentes. *I nunc, & dic ubique bene esse*
translatum.

25. Confitebor tibi Domine pater cœli
& terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus
& prudentibus, & revelasti ea parvulis.
Ita pater, quoniam sic placitum est ante te.]
Gracè est, quia non qui: quia inquam, pro
quod, ut interpres transferre gaudet: nam li-
brary, hæc culpa est. *Gracè quoque magis est*
intelligentibus, quam prudentibus: quoniam
alius ibi nomen est. Esto te prudētes sicut fer- Matt. 10, 16
pentes, φόριμοι. Ita non habet significationem, Ita.
quam habet sic, sed eam de qua dixi super lo- Sic.
cum illū. Sit sermo vester est, est, vici. Etiam. Matt. 5, 37
Placitum, illa vox est; quæ solet transferri nūc
bona voluntas, *vanc* beneplacitū, ut sit omnis Luc. 2, 14
sealententia: Confitebor tibi pater, id est, Ephes. 1, 9
gratias ago tibi (*ita enim Hieronymus expo-*
nit hoc verbum) quod abscondisti hæc à sa-
pientib. & intelligentibus, & revelasti ipsa
parvulis. Certè pater, quod sic fuit bona vo-
luntas in conspectu tuo: ὅπλα πέκρυψας τῶν
ὑπὸ οὐρανὸν ἦν σωτῆρ. ναι ὡς πάτερ, ὅπλα ἔτισε
δόξαντα εἰπεῖν ας.

CAP. XII. LAUR. VALLÆ COLLAT.

28. Venite ad me omnes qui laboratis
& onerati estis, & ego reficiam vos.] Non
significat nunc reficere, cibo recreare, ut qui-
dam putant, sed quiete: ἀναποστολή. Ac ne in
Psal. 23,2 illo quidem loco Psalmi: Super aquam refe-
ctionis educavit me, ἀναποστολώς.

CAP. XII.

III **Q**uis erit ex vobis homo, qui habeat
ovem unam, & si ceciderit hæc sab-
batis in foveam, nónne tenebit & levabit
eam? quanto magis melior est homo ove?] Ego sic trāstulissim, Quis ex vobis homo, qui
habebit ovem vnam, & hæc incidat sabbatis
in foveam, nónne tenebit sive capiet eam, &
allèvabit? quanto præstantior est homo ove?
Sive, ut magis ad verbum transferam, ut fecit
in Eunuchio Terentius, Stulto intelligēs quid
interest? sic ego, Quantum interest, sive dif-
fert homo ove? Nam Gracè non sunt duo cō-
parativa, nec aliter se habent verba quām ego
transtulī, ὃς οὖτε πειράτης, καὶ οὐδὲ ἐμπέσης τῶν
τοῦ σάλλατον εἰς βόθυον, εὐχὴ χριστίου διπλὸς, καὶ ε-
γέρεις πόσῳ ἢ πατέρεψιν αὐτῷ πειράτης;

15. Jesus autem sciens, recessit inde, &
sequuti sunt eū multi, & curavit eos omnes:

16. Et præcepit eis, ne manifestum eum
facerent.] Ideo interpres transtulit, præcepit,
aut alius quissimam ita emendandum putavit,
quia

quia absurdum videbatur ei, quemadmodum Gracè est, increpuit eos ne se manifestum faceret, sed melius esse, præcepit ne manifestum se facherent. At qui nequaquam absurdum est, sed multo accommodatus increpabat eos, quod Increpare, se, qui fugerat à Pharisais eum occidere volentibus, sequerentur; ex hoc quod increpat, sat is præcipiens, ne sequendo & inveniendo eum, Pharisais manifestum facherent. Et idcirco melius est transferre secessit quam recessit, quia secedere, longius abire, non tantum abire significat, ut Græca vox indicat: ἀνέχωρησε οὐδέποτε, οὐδὲ τίπους ἀποισ.

18. In quo complacuit animæ meæ.] *Ad verbum est Gracè, in quo complacuit, sive beneplacuit anima mea. εἰς δὲ θεόντων οὐ ψυχή με. Sed eandem rem variè solent interpres efferre, quanquam magis posset træsserri, in quem, quam in quo: sed forte accusativus positus est Accusati- pro ablativo, ut nonnunquam non Greci tan- vus pro ab- tum solent, sed aliquando Latini, ut Aul. Gell. lativo. probat, qui vult illud Ciceronis pro lege Manilia, esse in hostium potestatē, non potestate.*

22. Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus, & curavit eum, ita ut loqueretur & videret.] *Quia subjungitur, quod locutus est homo, maluit interpres trans- ferre, sive aliquis alius emendare, mutus, cum Gracè sit surdus, νεφός. Sed omnis surdus non surdus, tique natura idem mutus est. Quanquam Gracè plus-*

cè plura sunt verba: sic enim dicitur, Ita ut cæ-
cus & surdus, & loqueretur & videret: ꝑve
itæ, Ut cæcus surdusque, & loquutus sit &
viderit, ὥστε τὸ πνοὴν καὶ οὐφόν, καὶ λόγον καὶ βλέ-
πειν.

41. Viri Ninivitæ surgent in judicio
cum generatione ista, & condemnabunt
eam, quia poenitentiam egerunt in præ-
dicatione Jonæ, & ecce plus quam Jonas
hîc.

42. Regina Austræ surget in judicio cum
generatione ista, & condemnabit eam, quia
venit à finibus terræ audire sapientiam Sa-
lomonis, & ecce plus quam Salomon hîc.]
Nō est Græcæ, plus quam Jonas, & plus quam
Salomon, sed plus Jona, & plus Salomone,
καὶ ἡδὲ πλεῖον ἵωνα ὅδε, καὶ ἡδὲ πλεῖον σολομῶν Θ-
ᾶδε. estque illud (plus) non appositum, sed sup-
positum. Siquidem (hîc) adverbium est, non pro-
nomen, quod veteres diphthongo Græca e & i
scribere solebant: quemadmodum in nonnullis
marmoribus scriptum animadverti, ideoq; sem-
per est productum. Nam dum pronomen, ali-
quando corripitur, ut apud Vergil. Unus hic
Condñare, inflexit sensus. Condñare autem, non est acci-
piendum tanquam judicem. Nam accusator
quoque dicitur condñnare reum, quando ad
condñnationem perducit, quod etiam dicitur
peragere reum, cuius cum alibi testimonia
sunt, sum in jure civili.

Ferage
team.

45. Sic

45. Sic erit generationi huic pessimæ.]
Gracè est, malæ, πονηρῆ.

C A P. XIII.

8. ET dabant fructum, aliud centesimum,
 aliud sexagesimum, aliud tricesimum.]
*Ad verbum sic erat transferendum: Et dabat
 hoc quidem centum, illud vero triginta,*
ἡ ἐδίδε καπτὸν, οὐ μὲν εἰστὸν, οὐ δὲ ἔχοντα, οὐ δὲ Marc. 4.3
τελάκοντα. Idem contingit in Marco.

9. Qui habet aures audiendi, audiat.]
*Nescio quid insolens audire videntur aures
 mee, cum dicitur, aures audiendi: quia nec
 dicimus, oculos videndi, manus tangendi, pa-
 latum gustandi, nares olfaciendi habeo, sed
 ad audiendum, videndum, tangendum, pro
 quo gerundio, quod non habent Graci, utuntur
 infinitivo. Ita nos eorum infinitivum debemus,
 cum opus est, transferre per gerundium.*

11. Vobis datum est nosse mysteria re-
 gni cœlorū.] Mysterium nonnunquam trans-
 fert interpres sacramentum. Ne ignoret inter-
 pres, nihil aliud esse mysterium quam sacra-
 mentum, et si revera nō omnino hæc duo idem sunt.
*De quo disputare nonnihil alienum est ab hoc
 opere.*

14. Ut adimpleatur in eis prophetia E- Esa.6.9
 saiæ, dicentis: Auditu audietis, & non intel-
 ligetis: & videntes videbitis, & non vide-
 bitis.]

Ca. xiiii LAUR. VALLAE COLLAT.
bitis.] Melius in iis codicibus, ubi legitur: Et adimpletur eis prophetia Esaiæ, dicens, *Cetera sic legi debent, sive sic transferenda fuerūt, imò sic translata fuisse puto: Auditu audietis, & non intelligatis; & cernentes cernetis, & non videatis. Sive, Auditu audietis, neque intelligatis: & cernentes cernetis, neque videatis.* ἀκοῦ ἀκούετε, καὶ οὐ συνῆτε, καὶ βλέποτες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδετε. Imprecatur enim eis malum profecto, quemadmodum fit in Psalm. 69, 24] Obscurerunt oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua.

19. Omnis qui audit verbum Dei, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde ejus.] *Ego, ut apertus loquerer, maluissem ad verbum transferre sic:* Omnis audientis, & non intelligentis, *sive* cuiuscunq; qui audit: *sive per ablativum absolutum,* Omni audiente verbum Dei, & nō intelligente: παρός ἀκούει Θ., καὶ μὴ συνίει Θ..

28. Servi autem dixerunt ei, Vis imus & colligimus ea?

29. Et ait, Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum illis triticum.] *Græce est*, Vis igitur profecti colligamus? hic autem ait, Non, nequando colligentes zizania, δέλεις ἐν απελθόντες συλλέξωμεν αὐτά; οὐ δὲ ἔφη, οὐ μίσθοις.

36. Et accesserunt ad eum discipuli eius.] *Sui dicendum potius fuit, quam eius.*

38. Ziza-

38. Zizania autem sunt filij nequam.] *Dic
rū mibi videtur transferre nequam substanti-
vē, id est, genitivo casu, τὸν οὐνός. Nam qui le-
gunt, putant nominativi casus pluralis numeri.*

43. Tunc justi fulgebunt sicut sol in re-
gno patris eorum.] *Non semper acribus ocu-
lis intuetur interpres, quando suus, & quando
ejus dicendum, quia semper eodem modo apud
Gracos dicitur. Nunc autem dicendum erat,
sui, non eorum, quia reciprocum est.*

47. Simile est regnum cœlorum sagenæ
missæ in mare, & de omni genere piscium
congreganti:

48. Quam, cùm impleta esset, educen-
tes, & secus littus sedentes, elegerūt bonos
in vasa sua, malos autem foras miserrnt.]
*Ita habetur Græcè: Quam, cum impleta fuit,
educentes in littus, accedentes, elegerunt
bona in vasa, mala autem foras miserunt,
λό, ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες δὲ τὸν αἰγαλὸν,
ἡ καθίσαντες, συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς αγγεῖα, τὰ
δὲ οὐπεὶς ἔξω ἔβαν. Sagenam quoque maluis-
sem dicere verriculum. Nam sagenæ Græcum ^{Sagenæ}
est, ut Ulpianus quoque testatur. Verriculum ^{Verriculum}
verò Latinum, à verrendo mari dictum, quod
est genus illud retis grande, quod procul in ma-
ri agitum, longissimis funibus à turba piscatorū
è littore trahitur. Quòd autem dicitur, bona
& mala, intelliguntur genera piscium, quia
dicebatur, ex omni genere piscium. Quan-
quam*

quam Græcè legitur, non piscium, sed adjectū est à Latino aliquo quasi in supplementum: quò magis constat, non legendum, bonos & malos, sed bona & mala. Neque tamen dissimulaverim rectè translatum arque eleganter, Quam, cum impleta effet. Sua autem (ut significavi) Græcè non legitur, nec adjectum Latinè aliquid prodest.

Etiam.

51. Intellexistis hæc omnia? dicunt ei, Etiam Domine. Ait illis.] *Græcè est*, ipse autem: *sive*, Jesus autem dixit eis, *vai νοεῖε*. *οὐ δὲ εἶτε ἀντοῖς*. Illud Etiam, non conjunctio est, sed adverbium. Siquidem adverbium est ipsa vox Græca, de qua sàpe iam dixi, qua sòlet transferri utique, & qua veluti Latina quidam sunt usi, ut Terentij & Ciceronis exemplis ostendi. *Esse autem elegans sic loqui per etiam, cum alijs, tum verò Plinius junior in epistolis ostendit, inquiens: Proximè cum in patria mea fui, venit ad me salutandum municipis mei filius prætextatus. studes inquam?* respondit, Etiam. *Alibi sine interrogatione: Quanquam orationes & nostri quidam & Græci lectoriaverunt, supervacuum est recitare quæ dixeris, etiam si eadem omnia eidem omnibus statim recites. Ergo etiam, id est quod utique, id est, adverbium est.*

Paterfamilias.

52. Similis est patrifamiliás.] *Patrem-familiás vocari, non qui filium habeat, sed qui filius non est, dominusque familiás, id est, bonorum,*

rum, cùm infinita exempla testimonio sunt, & Ulpianus aliique Jurisconsulti docent, tum ipsa vox Graeca, que ad verbum transferretur, dominus domus, οἰκοδιστής. Hoc dixi, ne qui minus docti lingua aliter acciperent.

55. Nonne hic est fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus & Joseph? Joses legendum est, non Joseph, iων̄s. Et illud fabri, licet unum sit Græcè nomen, tamen transferri poterat, fabri lignarij. Nam hoc propriè τέλος significat, cui Pater faber Latinè respondet, sed nō adeò aperte: sunt enim fabri ararij, ferrarij, lignarij, & alia multa, & sine appositione si dicas, ut pro fabro lignario accipiatur, receptum est. Volui tamen, qualis faber Joseph fuerit, ostendere.

C A P . X I V .

2. E T ideo virtutes operantur.] Operantur activè significat, ἐργάζεται. Ut alibi: Pater meus operatur, & ego operor.

Ioan. 5.17

5. Quia sicut prophetam eum habebant.] Ego dixisse, velut prophetam, hoc est, veluti propheta esset, non autem sicut alium prophetam habebant. De qua elegantia alio in opere differimus, qualcm Graci non habent, qui semper dicunt οὐ.

6. Die autem natalis Herodis.] Græcè est, οὐδε Cum natalitia Herodis agerentur, γενέτας οὐδὲ πρόγενες τὸ Ηρόδης,

D

8. Da

Discus,

8. Da mihi in disco.] *Hic discus Græcū nomen est, cum instrumentum significat illud, quod in ludendo à viris robustis jactatur, ut apud Homerum de ludi Achilli. Pro vase autem escario nunc aliter dicitur Gracè, οὐρανός, quod verbum apud Lucam transfertur catus: Nunc vos Pharisæi, quod deforis est calicis & catini, mundatis, οὐρανός. De foris autem & de longè, an Latine dicatur, interpres viderit.*

vers. 22

15. Accesserunt ad eum discipuli ejus.] *Dicendum erat, discipuli sui, econtrario pauporōst: Et statim iussit discipulos ascendere in naviculam, & præire eum trans fretum. Non minus bellè diceretur, & præire se.*

Matt. 13, 26
Marc. 4, 18

19. Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum.] *Cur magis fœnum quam herbam sive herbas? Nam Gracè pluralis numeri est, χόρτος, cum dicatur superius, herba crevisset & fructū fecisset, χόρτος, & in Marc. Ultrò enim terra fructificat primum herbam, χόρτον.*

21. Manducantium autem numerus fuit quinque millia virorum, exceptis mulieribus & parvulis.] *Gracè est, Qui autem manducarunt, fuerunt viri ferè quinque millia, præter fœminas & pueros, οἱ δὲ εἰσι τὰ περιτάξια, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων.*

22. Et statim iussit Jesus discipulos suos ascen-

ascendere in naviculam.] Coegit, est Græcè, non jussit: & inttoire, non ascendere: &, in navim non in naviculam, *λιβάνων εμελώντας* eis τὸ πλοῖον.

23. Donec dimitteret turbas: & dimis-
sa turba ascendit in montem solus orare.]
Non est accipiendum dimittere, relinquere,
sed remittere, & domum ire jubere, atque ut
redire possent, operam dare. Neque est Græcè,
solus, sed seorsum: nam neque attinebat dise-
re quod esset solus, postquam dictum est, quod
dimerat turbas atque discipulos. Ergo seor-
sus abiit, hoc est, in secretum ac semotum lo-
cum, ubi nec videri posset a cernentibus, nec in-
veniri a parentibus, qualis locus orantem de-
cet: quod vocabulum postea transfertur secre-
to, ἐως ἐπολύσῃ τὸς ὄχλους. ἢ Σπολύσας, ἀρέση
eis τὸ ὅρθιον καὶ ιδιαί.

Locus ora-
tis.

Matt. 17, 19

Matt. 20, 17

Matth. 24, 5

Marc. 9, 28

C A P. X V.

5. **V**Os autem dicitis, Qui dixerit patri
vel matri, munus quocunque est ex
me, tibi proderit, & non honorificabit pa-
trem suum vel matrem suam.] *Græcè non le-*
gitur verbum substantivum ēst, ideoque obſcu-
ra ſententia, nec, tibi proderit, ſed tu, ut ſic di-
cam, commodaris: ut transferri poſſit, Dono
quocunque ex me tu commodum capies, &
non honoraverit patrem suum vel matrem
suam. Sive, dono quocunque ex me erit, ut

D 2

ſub-

*substantivum verbum sit ejusdem temporis,
cujus & conjunctum, διάροπος ὁ ἐαν οἵ εἰσιν ἀφε-
λαθύς, ἦν & μὴ πυνθανός.*

7. Bene prophetavit Esaias de vobis, di-
cens :

8. Populus hic labiis me honorificat,
cor autem eorum longè est à me.] *Deest apud
nos, nam sic est Gracè: Appropinquat mihi hic
populus ore suo: deinde sequitur, Et labiis me
honorat: optimèque sublequitur, Cor autem
longè est à me. Gracè dicitur, longè abest à
me. ἡγίζει μοι ὁ λαὸς ἐδῶ τῷ σόματι αὐτῆς, ἦ
τοῖς χείλεσι με τιμᾷ. ή ὃ προδία αὐτῆς πέρρω
ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ.*

26. Non est bonum sumere panem fi-
liorum, & mittere canibus.

27. At illa dixit, Etiam Domine, nam &
catelli edunt de micis, quæ cadunt de men-
sa dominorum suorum.] *Hoc est Etiam illud,
quod paulo antè dixi adverbīū esse potiusquam
conjunctionem, val. Cnr autē interpres varian-
dam nunc vocem Gracam putaverit, nō video:
nam utrabiique dicendum fuit, aut canes aut
catelli: neque enim Gracè canes significantur
& catelli, sed unum, & puto potius canes, κυ-
ναπλοις, κυναπλα.*

30. Et accesserunt ad eum turbæ multæ
habentes secum mutos, cæcos, claudos, de-
biles, & alios multos, & projecerunt eos ad
pedes ejus, & curavit eos.

31. Ita ut turbæ mirarentur, videntes mutos loquentes, cæcos videntes, claudos ambulantes, & magnificabant Deum Israël.] *Cum quatuor generum proposuerit morbos, cur tria refert fuisse sanata? ergo deest in Latino quartum, id est, debiles sanos, κυλλεῖς ψυχῆς. Taceo quòd surdi dicuntur, non muti, κωφές. Et glorificabant potius, quām magnificabant, ἐδόξασ.*

32. Ne deficiant in via.] *Non est ausus hic transferre interpres, ne fortè deficiant, ut appareat dictionem Graciam, quam ipse transfert, forsitan, non debere sic transferrī, sed nequando, μηποτε. Non enim revocabat in dubium Dominus illos in via defecturos, nisi considerent.*

33. Unde nobis in deserto panes tātos?] *Graci non habet tot, ideo pro illo dicunt, tanti, ut nos in lingua idiotarum. Melius igitur posterius. Quot cophinos & quot sportas sum-
psistis? & apud Lucam, Tot annos servio ti-
bi, πονῶντα. Quo magis miror de interprete,
quòd hic dixerit tanti pro tot, ubi elegantius Tot.
loqui, quam oportebat, affectavit, utens accu-
sativo, cum Gracē sit nominativus, ἀπος πονῶντος.
Idem fecit in Marco, Vides in quantis te ac-
cusant, pro in quot. Et in Luca, Quanti mer-
cenarij in domo patris mei abundant pani-
bus? Neg, inficias eo, tali genere loquendi non-
nullos, non modo post Evangelium Latinum la-*

quatos esse, sed etiam antea, licet parcissimè.

36. Et gratias agens, fregit.] Expressius Græcè, Quum gratias egisset, fregit: nō enim inter frangendum gratias egit, aut inter actionem gratiarum fregit, διχαριστας ἔκλασ.

C A P. X VI.

14 **A**lij Joannem baptistam.] *Deest* Qui-dem, ut sit, alij quidem, nisi malumus dicere, nonnulli quidem: quia aliud nomen est Græcè, cum sequitur, Alij autem Eliam, οἱ πάπαὶ τὸ βαπτιστὴν, οἵτοι δὲ οὐκέτι.

18. Et portæ inferi non prævalebunt ad-versus eam.] *Ego dixisse*, Neque portæ in-ferni prævalebunt ei: quia nec Græcè legitur aduersus, nec Latinè, quantum scio, invenitur inferi numeri singularis, nec in plurali in hunc sensu, & Græcè dicitur planè, inferni, ἡ ψυ-λαι ἀδεὶ κατηχύσθω αὐτῆς. *Idem de illo loco.*

Iona 2,2

Ezecc.38,10

Zona dico, De ventre inferi clamavi: & de illo Ezechiae; Duxi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi. *Quod si bene sic dicitur, cur nunquam in aliis casibus invenimus?* Ergo inferni dicendum est, cum scia-mus nunquam apud Priscos inferum fuisse nisi adjectivum.

C A P.

CAP. XVII.

2. **E**T resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.] Grace est, splenduit, sive fulsit, ἐλαυνε. Quod mihi videtur majus quiddam esse, quam resplenduit aut refulsit. Nam splendere, splendere aut fulgere, est splendorem ac ful- Fulgere, gorem in se habentis. Resplendere vero ac Resplendere refulgere, est aliunde accipientis splendorem atque fulgorem. Neque legendum est, nix, sed lux ὡς τὸ φῶς Vestimenta enim angelorum fue- Matth. 28, 3 re ut nix. Quanquam apud Lucam legitur: Luc. 24, 1 Ecce duo viri steterunt juxta illas in ueste fulgenti, εἰς ἀστέρων αὐτούς, id est, in uestibus fulgurantibus. Ergo quiddam majus debuit esse in umentis Domini, aut certè tan- tudem, ut idem Lucas dicit, Et uestitus ejus. Luc. 9, 29 albus refulgens: licet sit potius effulgorans: quam vocem velut insolentem reformidavit in- terpres, ἦρασε γάρ. Nam Marcus comparavit quidem umentia nivi, sed non fuit nivi com- parasse contentus, inquiens: Et umenta e- Marc. 9, 2 jus facta sunt splendentia, candida nimis velut nix, qualia fullo super terram non po- test candida facere. Ergo non dixisset Mat- thæus, Facta sunt alba sicut nix, sed sicut lux, imò velut essent lux potius quam alba, sicut lux alba est. Quemadmodum econtrario apud Marcum dicendum fuit, Sicut nix, hoc est,

D 4

sicut

sicut nix candida est, non velut nix, id est, velut nix essent. Aliud est habere color cm nivis videri, & aliud esse nivem.

14. Accessit ad eum homo genibus pro-volutus ante eum, & dicens,] *Quis non pa-taret dici de genibus Iesu? ut frequenter legi-mus, advolutus genibus. At interpres de geni-bus hominis sentit. Ergo dicere debuit, ut alibi,*

Matt. 27, 29 Et genu flexo ante eum, illudebant: *sive quod eleganter, & apud doctos usitatus est, genu geniculatus posito: sive, ut ad verbum transferatur, geni-culatus. Sic enim transferendum docet Sergius ad Julianum scholasticum scribens. γενυπατάρ, γενυπαθίσαντες.*

20. Et dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit,] *Transi hinc illuc dicendum est, επενθετικοῖς.*

21. Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium,] *Gracè est, pro-cedit, sive exit, sive egreditur, non ejicitur, επιτοποίει. Hoc verbum est illud apud Joan-
hoannes, 26 nem, Spiritus veritatis qui à patre procedit, επιτοποίει.*

C A P. ~~xix.~~ XYIII.

3. ET efficiamini sicut parvuli,] *Mat-
t. 18, 11* *dicere, velut, sive tanquam par-vuli, hoc est, perinde ac si essetis parvuli, quod
in illo sit apertissim:*

4. Qui-

4. Quicunque se humiliaverit sicut parvulus iste.] *Iste parvulus non se humiliat, sed humiliis est: igitur dicendum est, velut parvulus iste, hoc est, tanquam parvulus iste esset.*

6. Et demergatur in profundum maris.] *Ita est Græcè ad literam, Et demergatur in pelago maris, hoc est, ut sentio, in alto mari, ut τὸ πέλαγος τὸ θαλάσσης.*

9. Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare.] *Cum uno oculo tria verba sunt, ac minus significantia quam unum Græcum, μονόφαγος: quia sic dicitur cum uno oculo, ut cum uno focio. At Græca vox significat, unū haberi oculum, quod possit transferri unoculum, quo vocabulo quidam magni utuntur, sed nesciatius est dicere luscum. Melius ergo apud Luscus. Marcum, Bonum est tibi luscum intrare in regnum Dei. Monoculus an usquam legerim, non memini. Unoculū Varro antiquitus etiam Coclitem dictum esse demonstrat.* Cōcles.

24. Oblatus est ei unus, qui debebat decem millia talenta.] *Si translatisser ad verbum interpres sic, Unus debitorum decem millium talentorum: non in Grammaticam peccasset. Cujus peccati causa est, quod apud Græcos millia adjectivum est, ut mille: at a. Millia, pud nos substantivum, ideoque dicendum, decem millia talentorum, quia substantiva inter se, tanquam duo mares aut fœminæ, coniugium non efficiunt: quemadmodum nec duo ad-*

jecliva sine substantivo, μείω ταλάντων.

26. Procidens autem ille servus, orabat eum, dicens.] Adorabat, *legendum est*, & cādens potius quām procidens, προσκυνᾷ. *De conservo enim dicitur, quod orabat sive rogabat, προσκύνᾳ.*

vers. 21

35. Nisi remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.] *Deest*, delicta eorum: οὐχιώματα αὐτῶν. Ita enim finit Christi responsio adversus Petrum, qui interrogaverat: Domine, quoties peccaverit in me frater meus, dimittam ei? usque septies?

C A P. xix.

10 **D**icunt ei discipuli ejus.] *Nam defūno-*
tare, non ejus dicendum fuisse, sed sui,
Matt. 18, 29 *ut paulo ante, Et procidens cōservus ejus ro-*
Matt. 18, 15 *garbat eum, ego dixisse suus. Etiam illud:*
Corripe eum inter te & ipsum, dixisse in-
ter te & se.

16. Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? qui dixit ei,

17. Quid me interrogas de bono? nemo bonus, nisi unus Deus.] *Græcè sic habetur,*
Quid me dicis bonum? nullus bonus. Quod
sequitur, expressus dicitur Græcè, quasi sic di-
ceretur, Nisi unus, qui est Deus, τι μὴ λόγος,
οὐδὲς ἀγάθος, εἰ μὴ εἷς, οὐ θεός,

20. Dicit ei adolescens, Omnia hæc cu-
 stodivi

studivi à juventute mea.] Plerique codices non habent, à juventute mea. Reor, quia absurdum esse videbatur, adolescentem dicere se custodisse mandata à sua juventute, quia sénex esset, qui necdum sit juvenis. Hoc partim culpa interpretis contigit, qui idē nomen variè transfert, partim ex nostro genere loquendi. Sic enim adolescentis ait se custodisse mandata ab adolescentia, ac si dixisset, A prima vel ab ineunte sc̄ientia. adolescentia: sive juvenis à juventute sua, hoc est, ab initio juventutis, revariorū, cū rēōthī.

C A P. XX.

8. CUM sero autem esset factum.] Sero nominativi casus nusquam, quod sciam, inveni, sed apud Livium: Serum erat diei,

12. Qui portavimus pondus diei & æstus.] Non æstus legendum est, sed æstum, & uāwōva.

15. Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?] Vereor ne similitudo literarum deceperit interpretem, nisi alia de causa scriptura depravata est, imò etiam decurtata. Nam multo melior fit sententia, si ita transferatur, An non licet mihi facere quod volo in rebus meis, si oculus tuus malus est, quia ego bonus sum? Similitudo literarum est Græc inter si ἐραν, sive aut, ἢ εἰς ἔξει μοι τούτου δέκα

Σέλα ἐτοῖς ἔμοῖς, εἰ ὁ ὄφελος σὺ πενηντός εἶναι,
ἔτε ἡγώ ἀγαθὸς εἶμι;

17. Et assumpit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis.] *Desunt duo verba, sic enim Græcè legitur, Secreto in via, et tū ὁδῷ.*

22. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? dicunt ei, Possumus.

Marc. 10,
38,39

23. Ait illis, Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dextram meam.] *No*
solum in Marco, sed etiam hic legitur, Aut ba-
ptismate quo ego baptizor, baptizari? καὶ τὸ
βάπτισμα ὁ ἡγώ βαπτίζωμαι, βαπτισθῶμαι; Et ba-
ptismate quo ego baptizor, baptizabimini,
καὶ βάπτισμα ὁ ἡγώ βαπτίζομαι, βαπτισθήσομαι.

25. Scitis quia Principes gentium dominantur eorum,] Earum dicendum fuit. Sed quia Græcè gens neutri generis est, genitivus eorum generis omnis, ideo interpres non anno adverbit transferendum fuisse genere femineo, τὴν ἑταῖρον κατακυρίουν ἀντιτίθεται. Sicut fecit in 1 Cor. 13,1; epistola Pauli prima ad Corinth. Major horum est charitas, cum dicere deberet harum, γένεσις.

26. Et qui majores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos fieri major, sit vester minister.] *Græcè est, magni & ma-*
gnus, non majores & major, μεγάλοι, μέγιστοι.

C A P. XXI.

19 **E**t videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam, & ait illi: Nunquam fructus ex te nasceretur in sempiternū, & arefacta est continuo ferculnea.] *Melius in Marco dicitur*, Cumq[ue] vidisset ficum à longe habentem folia. *Nam arborem fici nec Ficus.* *Gracè legitur, sed ficum: neque Latinè dicitur.* Et ferculnea *adjectivum est, non substantivum,* diciturque, ferculnus ferculna ferculnum, *hoc est, Ficulnas,* de hac arbore, sive de hoc ligno factus facta vel ^{a. um.} factum, unde Horat. Olim truncus eram ferculnus, inutile lignum. *Quod hic ait, in sempiternum, in Marco ait, in æternum, alibi in Marc. II, 14 seculum, quod semper Graci dicunt, in ævum, Hebr. I, 8 si ita transferendum est, dñs. Ergo hac tria pro eodem accipiuntur, quamquam seculum seculum. centum annorum spatiam complectitur. Æternum autem Varro ait prius fuisse æviternum. Æviternū. Sempiternum videtur quiddam addere: nam Sempiternā æternum dici, quoad vita hominis alicuius datur, infinita sunt exempla apud veteres. Sed nūc pro infinito tempore accipimus, in quo utendo laborat interpres, sive hic idem, sive quis alius fuit in Psalmis, dicens: Statuit ea in æternum, *Pla, 143, 6* & in seculum seculi. *Cur non dixit, Statuit ea in seculum, sicut alibi dicit, Dominus regnavit in æternum & ultra? Quid est ultra æter-**

Cap. xxii LAUR. VALLÆ COLLAT.

Psal. 113, 1 æternum? *Duo quoque alijs Psalmi, cum idem principium habeant Græcæ, apud nos per seculum & æternum distinguuntur, 116:* Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus: & 135. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus, & r' eis & diwra.

Psal. 136, 1

26. Si autem dixerimus, Ex hominibus, timemus plebem: omnes enim habebant Joannem sicut prophetam.] Habent, legendum est, non enim Euangelistæ sermo est de præterito, sed cogitatio Pontificum & sermonū de præsenti, qui locus ab iis corruptus est, qui voluerunt hanc cum illo congruere, qui paulopost feruntur: Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quia sicut prophetam eum habebant. *Hic sunt verba Euangelistæ, ideoque Græce dicitur εχον, illud superius έχει. In utroque tamen dixissem velut, vel tanquam, non sicut, &c.*

30. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens: ait: Eo domine, & non ivit.] *Quia sequitur, & non ivit,* **Eo pro ego** mutaverunt temerarij corruptores ego in eo, non intelligentes non satisfacere hanc responsio-

vers. 18 nem filij iussioni patris, quæ fuit, Fili vade, ho-

vers. 19 die operare in vinea mea: quia nec filius prior respondit, non eo, sed nolo, id est, ire & opera-ri. *Ita cum hic responderet, Ego domine, perinde est ac si dixisset, obtemperabo tibi domine. Sed quid argumentor, cum veritas Græca sic habeat? εγώ κύριος,*

35. Et

35. Et agricolæ apprehensis servis ejus, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidaverunt.] *Cur in tertio loco positum est Verò, & in primo non est positum Quidem, & in secundo Autem, ut Gracè est? Puto quia videbatur absurdum interpreti in ejusdem vocabuli geminatione ponere quidem & autem, at qui Gracè non est nomen alius, sed articulus, qui sic transferri solet, Hunc quidem ceciderunt, alium autem occiderunt, alium verò lapidaverunt, ὃ μὲν ἐδείπα, ὃς οὐ κατέκτησε, οὐ δέλιθος οὔποτε.*

43. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.] *Est apud Gracam veritatem, Ejus, fæmininum, ut regnum, ubi gens est neutrum, & Deus masculinum: ergo Ejus ad Regnum referri debet, autē.*

CAP. XXXI.

10 **E**T impletæ sunt nuptiæ discumbentium.] *Quem casum invenit interpres Gracè, eundem translatis: quia nos dicimus, plenus vini & vino. Sed vix dicas, impletus plenus, vini: ita nūc nuptiæ sunt impletæ discumbentium. Idem fecit apud Joannem, Et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum. Quod si haberent Gracè ablativum, dicerent potius, discubentibus sunt impletæ: & impleverunt*

16. Non enim respicis personam homi-
num.] In personam *legendum est*, eis οὐδενί,
Marc. 12, 14 ut sit apud Marcum: non enim vides in fa-
ciem hominis, eis τὸ οὐδενί, nam Gracē u-
num atque idem vocabulum est facies & per-
sona, neque multū secus Latinè.

39. Diliges proximum tuum sicut tei-
Marc. 12, 31 psum.] Mallem dicere, ut est apud Marcum,
Diliges proximum tuum tanquam teipsum.
Sive, ut alibi legitur, Diliges proximū tuum
velut teipsum. Nam diligere alterum tan-
quam se, sive velut se, est facere unum homi-
nem ex multis. Ut diligo te, ac si ambo unum
essemus. Diligere alterum sicut se, non est se
facere alterum atque eundem, sed sibi similem.

C A P . XXII.

3. Quæcunque dixerint vobis, servate
& facite.] *Prout, similitudo scripture*
refellit librarium, ut unam omitteret dictio nem:
nam Gracē legitur, Quæcunque dixerint vo-
bis servare, servate: sive, Quæcunque dixe-
rint vobis ut servetis, εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖτε.

7. Et vocari ab hominibus, rabbi.] *Deest*
geminatio: nam Gracē bis legitur rabbi, pālli
pālli.

8. Unus est enim magister vester, omnes
autem ὑσ fratres estis.] *Deest unum voca-*
bulum

*bulum Latinè, et quidem præcipuum. Nam sic
legitur Græcè, Unus est enim magister vester
Christus, sive qui est Christus, eis γάρ οὐ-
μάς ὁ καθηνάτος ὁ χριστός. Quemadmodum ite-
rum dicitur paulopost.*

14. Qui comeditis domos viduarum, orationem longam orantes.] Προφάσσει μακρά περιστήχειν Θ. Melius apud Marcum eadem verba transferuntur: Sub obtentu longæ orationis. Et apud Lucam: Simulantes orationem longam, προφάσσει μακρά περιστήχειν.

15. Facitis eum filium gehennæ duplo
quàm vos.] Duplo videtur postulare compa- Duplo.
rativum, ut diceretur, Duplo majorem: nam
Gracè comparativum est, quod esset ad verbum
dupliorem, ηδότερον γένεσι. Quòd si dixisset,
Facitis eum filium gehennæ duplum quàm
vos, non peccasset.

25. Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia.] *Melius in iis codicibus,* ubi sunt legitur. Tamen ad verbum sic, & quidem melius transfertur. Intus autem plena sunt rapina & injustitia, ἔωδε δὲ γέρους εἴη απαντῆσαι τὰ αἰσκαλά. Sed de rebus *injustitia paratis:* neque rapina, sed è potu & cibo, & rapina paratis. *Hunc sensum* quidam non intelligentes, *injustitia mutaverunt in immunditia.* Defo-

ris autem, ut paulopost, à foris: nescio cur dicat interpres, cùm non dicat etiam ab intus.

28. Sic & vos à foris quidem paretis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocriti & iniuritate.] *Quid opus erat à foris & ab intus, cùm essent alia meliora, foris & intus, extrinsecus & intrinsecus? sed multa hujusmodi è puro Graco turbidè traducuntur, ἔξωθιν, ἔπειθιν.*

30. Si fuissetmus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum.] Non fuissetmus, *malem ego transferre, εἰ οὐδὲ, σὺν αὐτῷ οὐδὲ.*

Matth,3,7 33. Genima viperarum.] *Idem nomen Grace est, quod in illo, progenies viperarum, γλυκύματα.*

38. Ecce relinquetur domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.] Relinquitur *legendum est, ἀφίέται.* Non relinquetur, *quod declarant illa, quòd dicitur, ecce, id est, nunc:* & dico enim vobis, *quòd me non videbitis: & egressus est illinc.*

C A P. XXIV.

1. **E**T egressus Jesus de templo ibat, & acceperunt discipuli ejus, ut ostende.

spondens, dixit illis: Videlis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem.] Non est Græcè respondens. Atque ut hoc supervacuum est apud nos, ita illud deest: nam ita legēdum est, Non, sive, nōne videtis hæc omnia? & βλέπετε. Ideoq; non sequitur responsio discipulorum, quia per negationem interrogatum est. At si ita interrogatum fuisset, Videlis hæc omnia? certè respondissent: nunc autem respondere non oportuit.

3. Accesserunt ad eum discipuli secrētō.] Recte translatum, tamen si cui magis placet seorsum quam secrētō, sciat non minus potuisse transferri seorsum, r̄at' iδίαv.

17. Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.] Ego sic transferrem, Qui super tectum est, non descendat ad tollenda ea quæ sunt è domo sua: nam Græcè non est copula. Et sicut superius dicebatur, qui in Iudæa sunt, ita nunc dicendum est, Qui est in tecto, sive prius super tectum: nam Græcè est Super cum genitivo, non cum dativo, & articulus pluralis non potest transferri in aliquid quod est singulare, ὁ ὅμιλος δώματος, πολλαῖς γὰρ τὰ ἐν τῷ οἰκίῳ ἀνταντά.

versus 16

Articulus
pluralis.

18. Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam.] Græcè est, Non revertatur rursus tollere, sive ad tollendum vestimenta sua, ὅπιστος ἄρπα τὰ iucunda ἀνταντά. Nam interpres non putavit illud Gracū ὅπιστος, trans-

E 2 ferendum

Redeo rur-
fus.
Retro,

*ferendum per nostrum retrò cum revertatur,
hoc est, retrò vertatur: sed elegantes solent dicere, Redeo rursus, pro Redeo retrò, ut apud Vergilium: Rursus & incipient in corpora tarda reverti. Qui sermo est apud scribentes quoque prosa oratione usitatus.*

Nutrir,

Pregnans.

19. Væ prægnantibus & nutrientibus.]
Ego maluisse dicens, lactantibus, quia Græca vox id significat: & nutriti ad omnes pertinet, non solum ad infantulos qui lactantur. Prægnantibus autem melius translatum est, quam si ad verbum translatum fuisset, in utero habentibus; & à ḡ ἐστι οὐχίον.

30. Cum virtute multa & maiestate.

31. Et mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum.

À summis.

32. Abarboe autem fici discite parabolam] *Græcè sic habet, Cum virtute & maiestate multa, cum potentia & gloria multa. Et mittet angelos suos cum tuba magnę vocis (nam quid attinet dicere angelos muti, qui habeant magnam vocem, si utuntur tuba?) & congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à verticibus cœlorum usque ad vertices eorum, sive ad extremitates, sive à terminis ad terminos. Idem enim est Græce nomen: nam à summis pro à summitatibus, nusquam, quod meminerim, legi: & sic dicunt, à summis cœlorum,*

lorum, ut à primis cœlorum, hoc est, primis cœlis cœlorum. At cœlorum unum est pri-
mum & summū, non plura. Nec Græcē est, ab arbore fici, sed à fico. μὲν θιαίμεως ἡ μόχης πολ-
λῆς. οὐ διποτελέη τὰς ἀγγέλους ἀπὸ μὲν σάλπιγγο-
φωνης μεγάλης, οὐ διποταίξυσι τὰς ἐπιλεκτέους ἀ-
πὸ τῆς τιματάρεν αὐτέμων, εἰπόντες ἀκρων ἐργασίαν, οὐδε
ἀκρων αὐτῶν. Μηδὲ γέ τι συκῆς.

36. De die autem illa & hora nemo scit,
neque angeli cœlorum, neque filius, nisi pa-
ter solus.] *Melius ī codices, qui non habent,*
neque filius. In Marco enim legitur, neque Marc. 13, 32.
filius. Hic autem dicitur, De die autem illo
& hora nullus novit, ne angeli quidem cœ-
lorum, nisi pater meus solus, εἰδεῖς οἶδεν, εἰδεῖ-
σι ἀγγέλοις τῇδε ἔργῳ, εἰ μὴ δὲ πατήσῃ με μόνον.

40. Tunc duo erunt in agro, unus affu-
metur, & unus relinquetur:

41. Duæ molentes in mola, una assume-
tur, & una relinquetur.] Græcē est non in fu-
turo, sed in præsenti, assumitur & relinqui-
tur, ἀδηλούσαρε. οὐ ἀριστεῖ. Quod quidam ad
suum sensum verba retorquentes, ita emendare
ausi sunt. At apud me nescio quid præstantius
significatur per præsens.

43. Illud autem scitote, quoniam si sci-
ret paterfamilias, qua hora fur venturus es-
set, vigilaret utique.] *Quia dicitur, nescitis vers. 43*
qua hora dominus vester venturus est: & ite.
rum, *Quia nescitis qua hora filius hominis vers. 44*

venturus est, ideo aut translatum est, aut emendatum hora, cum Græcè dicatur, qua custodia, φυλακή. Sed non fuit causa cur mutaretur custodia in hora. Nam custodia tantum noctis est, cum fures veniunt, cumque homines dormiunt: id quod Dominus significare voluit, quod nobis dormientibus & tempore nocturno, que est obscuritas sensuum, fures veniunt ad domum suffodiendam. Quoniam ego sic translussem, Illud autem scitote, quod si scisset paterfamilias, qua custodia fur veniat, vigilasset, nec sivisset perfodi domum suam, εἴπερ οὐ κρίνετε, οὐτε εἰ γέδε οὐκοδεσπότης, μάζα φυλακῆς κλέπτης ἐρχεται, ἐγεγύόντες αὐτούς, οὐ τοις αὐτοῖς εἰσεστε.

45. Quis putas est fidelis servus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam?] Græcè non dicitur putas: proinde ego maluissem dicere quisnam, τίς αἴγα. Constituit temporis preteriti est, non presentis, κατέσυντο. Familiam de servis accipi debere declarat cum illud quod dicitur Dominus, tum vox Græca δεσμοίς. Melius transferitur hoc loco dominus suus, quam statim post. 46. Quem cum invenerit dominus ejus. Nam interpres inter Latinam proprietatem & Græcam ambiguitatem vacillat.

47. Super omnia bona sua constituet eum.] Etsi recte translatum est, tamen sciamus Græcè non dici bona, sed facultates sive substantiam, οὐ τοις ϕύρχοντι αὐτῷ.

50. Ve-

50. Veniet dominus servi illius in die qua non sperat.] *Gracè est*, In die qua non expectat, ~~et~~ *et* *et* *et*.

C A P. X X V.

9. **N**E fortè non sufficiat nobis & vobis.] *Ego dixi sem (propter quam redidi superius causam) ne quando non sufficiat. Affirmarunt enim virgines prudentes, fore tempus, quo utrisque non sufficeret oleum, non autem revocarunt in dubium.*

11. Novissimè autem veniunt & reliquæ virgines.] *Novissimè quod superlativum est, ad multarum partium res pertinet. At hic duas sunt partes, prudentium virginum atque stultarum: ergo non habet locum hic superlativū, & ita testatur veritas Graca, ὅτε ποτε, id est, posterius sive postea.*

14. Et tradidit bona sua. 19. Post multū verò temporis venit dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis.] *Venit, temporis est presentis, & ejusdem temporis debet esse alterum verbum, quod non tam ponit est transferendum, quam confert, ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ.*

20. Ecce alia quinq; superlucratus sum.

21. Ait illi dominus: Euge serve bone & fidelis.] *Non est Gracè superlucratus, sed lucratūs, εἰς οὐρανον, sed hoc minus. Illud verò ma-*

*jus, quod non dicitur Græcè: Euge: nam Græca
Euge. vox est Euge, qua nonnulli nostrorum uti-
tur, ut Plantus & Persius, quod plerumque vel
ironice vel assentatorie, sive adulatoriæ usurpa-
tur: interdum etiam in significatione gaudij, ut
Psal. 34, 21, 25 in Psal. At nunc nihil horū Dominus facit, sed
Psal. 39, 16 severè laudat servū suum, dicens eum bene fe-
Psal. 69, 4
Eu. cisse, & quod potest trāsferri, bene vel probè.
Unde autem Euge pro Eu surreperit, nescio.
Luc. 19, 17 Idem dico de simili loco apud Lucā. Illud omis-
to quod frequenter notavi, dicendum fuisse, ait
illi dominus suus.*

40. Quandiu fecistis uni de his fratri-
bus meis *minimis*] ἐλαχίστων. Paulopost.

45. Quandiu non fecistis uni de minori-
bus his, *ἐλαχίστων*. Interpres viderit, cur eandē
vocem nunc per superlativum, ut Græcè est,
nunc per comparativum transfert.

C A P. x x v i .

2. **S**Citis quia post biduum pascha fiet, &
filius hominis tradetur ut crucifiga-
tur.] *Græcè est per iēpus præsens, Scitis quod*
post biduum pascha fit, & filius hominis tra-
ditur ad crucifigendum, γένεθλιον τῆς ζωῆς τὸν αὐ-
τόπων τοῦ γένεθλίου εἰς τὸ σωμαθλῶα.

5. Dicebant autem, non in die festo, ne
fortè tumultus fieret in populo.] *Ipsa ratio*
postulat, ut illi dicerent inter se, ne fiat tumul-
tus,

tus, non autem, tanquam alio de illis loquente,
ne fieret: & ita legitur Gracè etiam sine illo
fortè, sic: Dicebant autem, ne in die festo,
ne tumultus fiat in populo, μή εἰ τῇ ἑορτῇ, οὐα
μή δόρυς Θεοντὸς εἰ τῷ λαῷ.

8. Ut quid perditio hæc? Eadem sunt in
Marco verba: quod adverbium ita cōpositum, Marc. 14, 4
non memini ubi apud eruditos invenerim, quod in quid, ad
apud Gracos nunc non legitur, sed in quid, Vt quid, pro quid.
ad quid, ēs τι.

10. Quid molesti estis mulieri? Verba
Graca proprie & eleganter, & ad eruditorum
consuetudinē transferuntur, Quid negocium
exhibitis mulieri? hoc est, quid mulierem ac-
cusatis? ut in opere de elegantia linguae latīna
differimus. Nam negocium pro labore sive Negocium
molestia accipitur, ut res est magni negotiij.
τί κόπος παρέχεται τῇ γυναικὶ; Eadem sunt apud
Marcum verba. Marc. 14, 6

11. Nam semper pauperes habebitis vo-
biscum, me autem non semper habebitis.]
Quidam codices habent, Nam semper paupe-
res habetis, utrobique tamen præsens est tem-
pus οὐέτι & πάσητε ἔχετε. Idem dico de simili
loco apud Marcum & Joannem. Marc. 14, 7
Ioan. 12, 8

13. Et quod hæc fecit in memoriam e-
jus.] Ejus Gracè generis est fæminini: ergo
quò refertur? certè ad illud pronomen hæc. Di-
cendū igitur fuit, in memoriam suam. Quod
autem, relativum est, η διπλονος αὐτη, eis
μηδέσσων αὐτη. E 5 14.

14. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicitur Judas Scarioth, ad Principes sacerdotum, & ait illis.] Iscariotes legendum est, non Scarioth, Ἰσκαριώτης. Sed cur nunc dicitur in praesenti, qui dicitur Judas: superius autem, ver. 3 qui dicebatur Caiphas, ὁ Καϊφάς, cum praesertim jam mortuus esset Judas? Est autem participium praesentis, quod etiam ad imperfectum imperfektū. respicit, & idcirco melius de mortuo, qui dicebatur: at de Christo, et si mortuo, qui dicitur Christus, & si aliquando mortuus, tamen nunc vivit, & sic nominatur, ὁ Καϊφάς. Neque in Graeco est. Et ait illis, abest enim pronomen. Sic enim ad verbum transferunt, Tunc profectus unus è duodecim qui dicebatur Judas Iscariotes, ad pontifices ait, τὸν πρόδοτες, εἶπε, τὴν δέλεται.

17. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis pareremus tibi comedere pascha?] Graece dicitur, dicentes ei. Nec dicitur, die, sed tantum prima, τῇ ἡ ὥρᾳ τῇ ἡμέρᾳ. Quemadmodum posterius, quæ lucescit in prima sabbati.

23. Qui intingit mecum manum in parapside.] Idem nomen hic quod in Marco, Qui intingit mecum in catino. Ergo melius in Marco, nam si foret in parapside, sic in Graeco diceretur: nunc dicitur, εἰ τῷ βυθίῳ.

24. Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.] Praesentis debet esse, non

non futuri temporis: jam enim tradebat Judas Dominum, cùm animum tradendi habebat, & cum Pontificibus de tradendo jam loquutus erat, ἔργον διδοῖ.

36. In villam, quæ dicitur Gethsemane,] *Marcus habet, in prædium, quorum neutrum Marc. 14, 32*
ego posuissim. Nam villa est domus rustica, villa.
et si nonnulli diili sunt habuisse villā urbanam. *Præterea villa & prædium plerumq; referuntur ad dominum: ut villa mea vel tua, prædium meum, prædium tuum. At Gracum non men significat locum sive regionem, οὐδείον. Nec Jesus in villam propriè dicitur venisse.*

40. Sic non potuistis una hora vigilare mecum?] *Graci faciunt interrogationem in illo sic, εἴτε: ideo ipse transtulisset, ut usitatus est, siccine non potuistis?*

45. Dormite jam & requiescite.] *Quomodo nunc Dominus jubet dormire discipulos ac requiescere, quos pauloante reprehenderat quod dormirent, & statim subjiciat, Surgite, eamus? Hanc ego questionem, quia hujus propositi non est, excutere non debo, sed admone-re, esse ambiguum an imperativi modi sit, an indicativi, dormitis jam & requiescitis, quasi exprobraret, quod tandem & illo tempore dormirent & requiescerent: οὐδέποτε τὸ πατέρα, ἣν ἀπαράδε. Idem dico apud Marcum.*

Ambiguitas.
imperativi
& indicati-
vi.
Marc. 14, 43.

Ecce appropinquavit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.

46. Sur-

46. Surgite eamus, appropinquavit qui me tradet.] *Traditur legendum est, & tradit: non autem in futuro, tradetur & tradet, οὐδεὶς διδοῖ, οὐ παραδίδεις.*

47. Missi à Principibus ficerdotū.] *Non est Gracè missi, quod etiam barbarè adjungitur. Nam sic dicitur, Et cum eo turba cum gladiis & fustibus missi, cum fuisset dicendum missa.*

50. Amice, ad quid venisti?] *Gracè est ad quid ades? εἰπέ μάρτυς; sive ad quid advenisti?*

53. An putas quia ego non possum rogarē patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum?] *Illa particula modò, de suo in alium locum mustata est, sic enim legitur Gracè, An putas quia non possum modò rogare patrem meum, οὐταμεν αἴπειν.*

54. Quia sic oportet fieri.] *Oportebat legendum est, εἰπέ.*

56. Hoc autem totum factum est, ut implerentur scripturæ prophetarum.] *Legendū est ut impleantur: sunt enim verba Christi, non Marc. 14, 49 historiam componentis, ut in Marco: nam eadem sunt verba Gracè, ἵνα μηπωθῶσιν.*

59. Ut eum morti traderent, & non invenerūt, cum multi falsi testes accessissent.] *Rectè quidem translatum, tamē sic ad verbum Gracè est, Ut necarent, & non invenerunt: & cùm multi falsi testes accederent, non inveniērunt,*

περιντ, ὅπως θαγάλωσοι, καὶ ἡχ' εὗρον, καὶ πολλῶν
Ἄδεσμοῦ πύρων περιστρέψανται, εἰχ' εὗρον.

61. Et post triduum reædificare illud.] Non post, sed per est legendum: nec reædificare, sed ædificare, οὐ τεῖνον ήμερῶν οἰκοδομῆσαι. Quod probat illud quod sequitur, quod expro- Matt. 27, 40
brabant quod tribus diebus templum Dei adi-
ficaret.

65. Scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemavit.] Græcè est, quia vel quod blasphemavit. Id tanquam supervacuum aliqui sustinuerunt: at sententia talis est, Quod blasphemavit, quid adhuc, sive quid etiam egemus testibus ἐπ ἑλλασφήμονος, τι ἐπ χριστὸς ἔχομεν μητύρων;

Ecce nunc audistis blasphemiam.] Deest ejus, ut sit, Ecce, nunc audistis blasphemiam ejus, autem.

71. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla.] Non est Græcè ancilla, sed tanquam alia: nec exeunte illo januam, sed exeuntem illum in januam vidit eum, ἐξῆθόν τε ἀπὸ εἰς τὴν πυλῶνα, εἰδὼν αὐτὸν ἄλλη, καὶ λέγει.

75. Et recordatus est Petrus verbi Jesu quod dixerat, Priusquam gallus cātet.] Qui legendum est, non quod, inquit εἶπεν Θό-

C A P . XXVII .

19 **S**edente autem pro tribunali, misit ad eum uxor ejus: Nihil tibi & justo illi, multa

C. xxvii L A U R . V A L L E C O L L A T .

multa enim sum passa hodie per visum propter eum.] *Quis putasset idem esse hoc visum,*
Visum. *& illud superius, Ecce angelus Domini in so-*
Matth. 1, 10 *mniſis? & iterum, Et responſo accepto in so-*
Matth. 2, 19 *mniſis, n̄at̄ ὄντα. Nescio ſicubi reperi viſum, pro-*
22 *eo quod eſt in ſomniſis. Nam illud diuersum eſt*
Actor. 12, 9 *in Actibus Apoſtolorum: Existimabat ſe vi-*
ſum videre, *δεξια Vergil.* In ſomniſis ecce ante oculos moeſtiſſimus Hector Viſus adeffe mihi. *Alibi, Hoc viſum nulli, non ipſi effata forori. Hoc vigilanti contigerat, illud dormien-*
ti. Ergo viſum vigilantis eſt, ut apud Cicero-
nem in Lucullo, ubi ait: Viſum prophantasia ſatis ab heſterno ſermone. Niſi dicimus non
Somnium. *effe hoc nomen Gracū, in ſomniſis, ſed ſomnium,*
unde illud Homericum: ή γδ τ' ὄντα εν δόσις ὅτι,
id eſt, Et ſomnium à Jove eſt. Certè dicendo viſum, vix aliquis ſentiat fuiffe ſomnium. Quod ut omnes intelligerent, tot verba feci. Illud au-
tem niſi occurriſſet, quia toties admonui, non admonerem fuiffe dicendum, misit ad eum u-
xor ſua.

22. Quid igitur faciam de Iesu, qui di-
citur Christus? dicunt omnes, Crucifixatur.]
Tres codices Latinos, & totidem Gracos habeo,
cum hac compono: & nonnunquam alios codi-
ces confulo, & cum in omnibus Gracis legam,
dicunt ei omnes, tamen illud, ei, in nullo La-
tinorum lego, autem.

24. Vos videritis.] O'ſed, eleganter dixit
inter-

Sex libri
Laurentij.

interpres, videritis pro videbitis, à videro,
non à viderim: ut apud Ciceronem, Ego vide-
ro, id est, ego video. Nam idem est verbum
quod illic, Ibi eum videbitis, ἔχετε.

Matth. 28, 7

28. Et chlamydem coccineam circunde-
derunt ei.] *Nescio cur dicatur coccinea po-*
tius quam coccina, ut Græcè est, κοκκίνῳ: & Coccinus,
Latinè sic dicitur, ut apud Iuvenalem: Et coc-
cina lana. Et ratio postulat, quia coccus Gra- Coccus.
cè, granum est Latinè, unde debet fieri cocci-
nus, non coccineus. Reor autem coccinam ve-
stem esse, qua tincta est ex eo quod vulgò gra-
na vocant.

29. Et plectentes coronam de spinis, po-
suerunt super caput ejus.] *Non teneo memo-*
ria, an hoc verbum usquam Latinè legerim.
Nam venit à Græco πλέκω, quod penè idem est Plico;
quod nostrum plico: eis in Psalmis transfe- Psal. 58, 3
tur concinno: Injustitias manus vestræ con-
cinnant, συμπλέκεσθον. Tamen quasi Latinū esset
invenio ab eo derivatum nomen plectilis, ut Plectilia,
apud Plautum in Bacchidibus: Pro galea sca-
phium, pro insigni sit corona plectilis. Et a-
pidu Valerium Marialem libro secundo Epi-
gram. Cum corona plectili. Neque apud Poë-
tas tantum, sed in prosa quoque oratione, ut a-
pidu Aul. Gell. Lauream plectilem, quasi ser-
tum è lauro, & fætum in coronam circunda-
tum, Ab hoc eodem verbo fit, ut puto, perple- Perplexum,
xum: unde apud Terentium in Eunucho, Per-
gin⁹

gin' scelestā mēcum perplexē loqui? Cui similiſ nanc vox eſt Euangely, ἀλέξαντρος, parti-cipiū preteriti activū, hoc eſt, postquam ē spinis concinnarunt, ſive complicuerunt, ſive plexuerunt, imposuerunt capiti ejus.

31. Et duxerunt eum ut crucifigerent.] Ego mallem, ut Græcē eſt, dicere, Et duxerunt eum ad crucifigendum, eis rō σωρθῶι: nam ſic videtur ſignificari quo ducitus eſt.

34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum.] Græcē non vinum legitur, ſed acetum, μῆν ὁξῷ. Sed congruit cum illo ſe-
veri. **48** quenit, & acceptam ſpongiam implevit a- ceto.

39. Prætereuntes autem blaſphemabant eum.

40. Moventes capita ſua & dicentes, Vah, qui deſtruit templum Dei, & in tridao illud, reædificat, ſalva temetipſum.] Non in **Marc. 15, 29** Mattheo hac eſt interjectio, ſed in Marco. Hoc autem ſic transferendū eſt: Qui deſtruis tem- plum Dei, & triduo ædificas, ſalva teipſum: οὐ καταλύω τὸν ναὸν, ἐγὼ τεισὺ ἡμέρας οἰκοδομῶ, σῶσον σεαυτόν.

42. Descēdat nunc de cruce, & credimus ei. **43.** Conſidit in Deo, liberet eum nunc, ſi vult.] Græcē eſt, Et credemus in eo, πιστεύει ἐπ' ἀντῷ. Nec Græcē legitur, Nunc ſi vult, ſed ſi vult eum, πιστάδω ἀντῷ, εἰ δέλη ἀντώ.

56. Et

56. Et Maria Jacobi & Ioseph mater.]
*Legendum est Iose mater, non Ioseph, de quo
 feci etiam superius mentionem, lxxvii. Itidem in
 Marco.*

Marc.15,40

62. Altera autem die, quæ est post para-
 sceuen.] *Non est Græcè altera, sed postera si-
 ve crastina: sed ego maluisse dicere, postera
 autem die, quod veteres dixissent, postridie
 autem parasceues, τῇ ἡ οὐειον.*

63. Quia seductor ille dixit adhuc vi-
 vens: Post tres dies resurgam.] *Græcè est
 temporis præsentis, surgo, ἐγέρομαι.*

64. Ne forte veniant discipuli ejus.]
*Mallēm dicere, nequando, hoc est, vel nocte vel
 die, μήτοτε.*

Et erit novissimus error peior priore.]
Primo transferendum fuit, πρώτης.

65. Habetis custodiam.] *Cur potius ha-
 betis quām habete? nam utrumque significat
 Græcè. Nōnne verisimilius est Pilatum dixisse
 illis, ut haberent custodiam quām quod habe-
 bant? Quid enim attinebat dicere hos habere
 custodiam, qui ab eo petierant, ut juberet custo-
 diri sepulchrum? Ergo transferendum fuit, ha-
 bete custodiam, ἔχετε νασθίαν. Sed forte me- Custodias
 līns habetis, si de custodibus intelligatur, quasi
 diceret, En habetis custodes. Nam in hunc
 sensu paulopost accipit interpres: Signantes ver. 66
 lapidem cum custodibus. Nam Græcè non Matt.28,13
 custodibus dicitur, sed custodia, μῆτρας καὶ οὐειον.*

F.

dia. 8

C. XXVII LAUR. VALLÆ COLLAT.

Matt. 28, 11 *Sicut. Et iterum, Ecce quidam de custodibus, m̄tēs tñs n̄s w̄dias, quidam de custodia. Idem nomen quod apud nos, id est, Latinū, quo Græci Romano jam subjecti imperio ueabantur, qualia sunt alia nonnulla, ut Prætorium, ut Centurio, ut Census, ut Denarius. Sed cum tria significet hoc nomen, inspiciamus quid hoc in loco significet, an actum custodiendi, an custodes, an eum qui custoditur, ut in Actib⁹ Apostolorū, Tradi Paulū. cum reliquis custodiis, θεομάτις.*

Actor. 27, 1, 42. *ras. Et iterum, Militum autem consilium fuit, ut custodias occiderent, θεομάτις. Nam quartam significationem vix addere audeo, & hoc accipi pro actu custodiendi, ut apud Vale-rium, Therames in publica custodia mori coactus est. Itaque si dicimus, habete custodiam, potest accipi pro actu custodiendi & pro custodibus: si habetis, tantum custodibus: & forte etiam pro custodito. Item signantes lapi- dem cum custodia, aut pro custodib⁹, aut pro custodito.*

C A P. XXIX,

Genes. 1, 5 *V*espere autem sabbati, quæ lucescit prima sabbati.] Si vespere est generis neutri ut illud, Factum est vespere & manè dies unus: sive potius masculini, hic vesper, ut doctissimi quique usurpant, cur epus relativum est generis feminini, quæ lucescit? Certe inter-
pres

pres deceptus est, quia idem genus est Græcè, sed respondens antecedenti, quod et si adverbium est, tamen fœmininè accipitur, ὅφε, ut die crastina, sive postera, τῇ ἡμέρᾳ αὔριον. Nec dicitur in prima, sed in una. Melius igitur utrumque transfert Hieronymus ad Helvidiam scribens, Vespere sabbati illucente in una sabbati: sed eum puto transfusisse sabbatorum non sabbati. Nam sic transfertur ad verbum hic locus, Vespere autem sabbatorū, quod, vel qui lucescit, sive lucenti in una sabbatorum, ὅφε ἦ σαββάτων τῇ δημόσιᾳ εἰς μίαν σαββάτων.

Quod si queratur quomodo vespere sabbatorum dicatur, & in una sabbatorum, hic pro hebdomade, illic pro uno die: respondebimus eadem ratione, qua dictum est, Iejuno bis in sabbato, hoc est, in hebdomade: & diverso, Si licet curare sabbatis, id est, die septimo: & in Março, Et statim sabbatis ingressus synagogam, docebat eos. Quod autem dicatur, In una sabbatorum, & non in uno, satisfaciunt nobis verbata Hieronymi dicentis, Quod nos solemus absolute & neutraliter appellare, id est, hoc quæsivi, istud volui: Hebræi fœminino genere pronunciant, sicut in Psal. Unam petij à Domino, hanc requiram: pro eo quod est, unum.

8. Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio, currentes nunciare discipulis ejus.] *Mutatum est verbum in partici-*

Sabbatum;

Luc. 18, 12
Matt. 12, 10

Marc. 1, 21

Vna sabbatorum.

Psal. 27, 4

Vna pro u. num.

pium, & rursus participium in verbum : sed translatio hæc ad verbum apertior ac mundior erit , ut verior , sic: Et egressæ citò à monumento cum timore & gaudio, currebant ad annunciatum discipulis ejus, ἐξῆλθον ἀδεγμον. Nescio an interpretis an librarij primò hallucinati sint oculi. Nam statim sequitur, quod in quatuor quos inspexi codicibus, non inveni Latinè, quod legi in quatuor Grecis :

9. Cùm autem irent nunciare discipulis ejus : optimeque sequitur, Et ecce Iesus occurrat illis. ὡς οὐ ἐπαγόρευτο ἀπαγγέλειν τοῖς μαθηταῖς αὐτῶν.

10. Ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.] Deest nobis copula, nanque sic legendum est, Et ibi me videbunt, καὶ καί. Iterum deest copula:

12. Et congregati cum senioribus concilio accepto.] Legendum est enim, Concilioqué accepto, συμβέλον τε λαβόντες.

14. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei.] Παῖσιν. Non habent Graci duo verba distincta, sicut nos Suadeo & Persuadeo, ideo persuadebimus dicendū fuit,

Matt. 27, 20 ut fecit superius interpres : Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populi, ἄτασιν. Suadere enim est dare consilium & adhortari: persuadere autem, suadendo inducere.

19. Baptisantes eos in nomine patris, & filij,

filij, & spiritus sancti.] *Gracè est accusativi casus, in nomē patris, & filij, & spiritus sancti, eis rō ὄνομα τὸ πατρὸς, ἢ τὸ υἱὸς, ἢ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.* Qui casus aliquid diversum facit, aut quod superius testatus sum, pro dativo *Gree-* Accusativus co & nostro ablativo accipitur: quod potius pro ablative reor, ut pauloante, In una sabbatorum, pro vers. i. in unam, eis plav, & multis aliis locis.

LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN MATTH.
FINIS.



IN EUANGELIUM
M A R C I
COLLATIONES
LAURENTII VALLÆ.

C A P . I.

4.

UIT Joannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ.] Non dicitur quòd Joannes fuit in deserto. Nam incipiendum fuit à dignitate aliqua & nūcupatione viri potius, quam ab ejus actione, tanquam de ejus nomine fuisse jam fastamentio, ut apud Ioannem, Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Nec dicitur, Fuit homo missus, sed fuit homo: deinde missus à Deo, id est, qui missus fuit à Deo. Ideoque ego utrumque locum (nam utrobique idem verbum est) translasse, extitit, non fuit. Nam neque extitit jungitur cum participio, neque Gracè est verbum substantivum, sed

Ioani, 6

Exitit.

*Si illud quod solet transferri, factus est: neq;_z
Greçè est ut Latinè, baptizans, post dictiones,
In deserto, sed ante, hoc modo, ut ad meum ar-
bitrium transferam: Extitit Joannes bapti-
zans, sive qui baptizabat in deserto, εὐθέω
ιώρνς, Βαπτίζω εἰ τῷ ἐπίμω. Baptismum qui-
dam putant neutri quoque esse generis, & sic Baptismum
aliquando in Euang. legunt, quasi nō sufficiente
baptismus & baptismus, & quasi lingua Gra-
cia patiatur dici hoc baptismum. Quia de hoc
nomine feci mentionem, quòd Græco non respon-
deret, si foret generis neutri, admoneor ut eos
improbem, qui putant Marcum Latinè scrip-
fīse, qui si Græci, sat profecto Latina: sin Latini,
Græca ignorare se indicant. Cui rei testimonio
est verbum quod attigi, & quod sequitur: 6.
Erat Joannes vestitus pilis camelī, & zona
pellicea circa lumbos ejus. Nam si fuit et
Latinus scriptor, dixisset, Circa lumbos suos,
quod interpres ideo dixit ejus, quòd deceptus est
ambiguitate Græca vocis. Non enim zona no-
minativi est casus, sed ablativi, sicut pilis, quæ
ambo sunt Greçè accusativi: λύγειοι εἰ ιώρνς
εὐθέων οἱ πίχας καρπίλε, η ζώνη δρματίλε
οἱ η οσφῶ αἵρε.*

Marcū Græ-
ce scrip-
fīse.

10. Et statim ascendens de aqua vidit
apertos cœlos, & spiritum sanctū tanquam
columbam descendentem, & manentem in
ipso.] *Apud Joannem est, Descendentem & Ioan. 1, 32
manentem super eum. Apud Marcum non*

nisi, descéndentē super eum, *sive* super ipsum:
nec apertos cœlos dicitur, sed scissos, εἰδὼς χι-
ζομένης τὰς ἐργαὶς, καὶ τὸ πνεῦμα ὃσιον φειδεῖ
κατεβαῖνον ἐπὶ αὐτόν.

11. Tu es filius meus dilectus, in te com-
placui.] *Græcè est*, In quo complacui, *sive*, in
quo bene placui, εἰς ὃ ἡὐδόκηνοι.

12. Et statim spiritus expulit eum in de-
sertum.] *Præsentis est temporis, non praterii,*
εἰκάνατ. *Quod ego dixisse*, emitti: nam ex-
pellere durum videtur, *præsertim apud hunc*
interpretem, qui de eodem verbo ait, Ne mittas
margaritas vestras porcis:

15. Et appropinquabit regnum Dei. Pœ-
nitemini, & credite Euangelio.] Appropin-
quavit, *legendum est*: εἰς, credite in Euange-
lio. Pœnitemini, *durum insuetumque ver-
bum*. οὐ γάρ τις οὐ βασιλείᾳ τῷ διοῖ, ματασῆτε καὶ μ-
σθεῖτε εἰ τῷ διαγγήσω.

22. Erat enim docens eos quasi potesta-
tem habens, & non sicut scribæ.] Tanquam
sive velut potestatem habens *dicendum fuit*,
non quasi, quod nihil aliud est, quam ac si po-
testatem haberet, videlicet quod non habebat.
Nam cum dico, Tu loqueris quasi rex, nego te
regem esse: at tu loqueris velut rex, *sive tan-*
quam rex, non utique te nego regem esse, ei si
non affirmo, ut est in illo, Tu agis Consulem,
tam de vero consule, quam de consulem imitan-
te dici potest.

Quasi,

24. Et

24. Et clamavit, dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos? scio qui sis, sanctus Dei.] Exclamabat Gracè legitur, &, fine, quid nobis & tibi? ἔχετε λέγων, εἰς, τί μήτι ἦστε; Melius habent is codices, in quibus legitur, Scio quis es. Sed addendum est Te, ut sit: Scio te quis es, οὐδὲ οὐ τις εἰ.

38. Eamus in proximos vicos & civitates.] Gracè est unum nomen compositum ex vicus & urbs, proinde ego dixisse, In proxima oppida, κωμοπόλεις.

45. Ita ut non posset manifestè in civitatem introire, sed foris in desertis locis esse.] Melius in quibusdam codicibus legitur esset, sive erat, *ω*.

C A P . II.

1. E T iterum intravit Capernaum post dies.] Non post dies, legendum est, sed per dies, διήμερον.

2. Et convenerunt multi, ita ut non caperent neque ad januam.] Deest statim. Nam dicitur, καὶ δύος οὐκίσθνοι. Sed quod erit suppositum verbi Caperent? certè in Graco est, dicitur enim, Ita ut jam non caperent, non ea quidem quæ ad januam erant: id est, ne ea quidem loca, ὅς τε μηκέτε χωρεῖν, μη δὲ τὰ οὐρανά δύπε.

F 5

4. Et

4. Et cum non possent offerre eum illi.]
Gracè est, Et cum non possent appropinquare ei, καὶ μὴ δικάμενος προστηρίσαι ἀντό.

7. Quid hic sic loquitur? blasphemat.]
Blasphemias legendum est, βλασφημίας.

12. Ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum.] *Potius est* glorificarent, δο. ξαῖσθ. Mirarentur quoque parum implet *Gram* vocem, εἰσαρχού, quod est plus quam obstat pescere. *Siquidem in Actibus Apostolorum*, ubi dicitur quod in orantem Petrum incidit mentis excessus, simile vocabulum est, ἔκσαστος.

A&.10,10 **Marc.3,21** Atque idem paulopost in Marco, Dicebant, in furorem versus est, εἰσαγόν, quod ego maluisse dicere, Dicebant, amens factus est, siue mente captus est.

16. Dicebant discipulis ejus, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester?] *Non legitār Gracè*, Magister vester, sed quasi deesset, ab aliquo adjectum est. *Mihi autem videntur potius interrogaturi siisse Pharisei sine supposito, ut fieri solet de re nota.*

17. Non enim veni vocare justos, sed peccatores.] *Redundat particula* Enim, σὺ οὐδέπον. *Et deest*, ad poenitentiam, εἰς μετάνοιαν. *ut sit*, Peccatores ad poenitentiam.

23. Et discipuli ejus cooperunt progre-di & evellere spicas.] *Gracè est*, Et cooperū iter facere vellentes spicas, οὐδὲν ποιεῖται τέλλων τὰς σάχυας.

26. Quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus: & dedit iis qui cum eo erant.] *Melius legitur in iis codicibus, qui non habent solis.* Præterea legendum est, licet, non licebat: & Dedit etiam iis qui secum erant: εἰς ἐκ τοῦ θαυματουργοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἑρεψιν, καὶ ἔδωκε τοῖς σωμάτιοι δέσμοι.

C A P. III.

10 **M**Ultos enim sanabat.] Sanaverat legendum est, οὐ πάντας.

12. Et vehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum.] Incredibat, ego dixi sem, ἀπρίνα.

13. Et ascendens in montem, vocavit ad se quos voluit.] *Gracē est temporis præsentis sic,* Et ascendit in montem, & advocat quos voluit: καὶ ἀνεβὰς εἰς τὸ ὅρος, καὶ προσηγάγει τοὺς ὄφελον.

19. Judam Scarioth.] Iscarioten legendum est, ισχαιώτις.

21. Et cum audissent sui, exierunt tene-re eum.] *Gracē est, ut ad verbum transferam:* Et cum audissent qui ab eo erant, exierunt tenere eum, καὶ ἀκέφαλοι εἰ παρ' αὐτῷ.

29. Sed reus erit æterni delicti.] *Æterni judicij legendum est, καίστως.*

C A P. 4

C A P . I V .

8. **E**T aliud cecidit in terram bonam , &
Edabat fructum ascendentem & cre-
 scentem , & afferebat unum triginta , & u-
 num sexaginta , & unum centum] *Cum dica-*
tur, aliud semen in terram bonam , *quasi* *u-*
nus sit: *quomodo dicitur mox unum & unum*
& unum, quasi sit multiplex? *Sciamus ergo*
& in, *Gracè non unum dici, sed In, quod isdem tre-*
sum unum. *rīs scribitur quibus unum, sed diverso tono: in*
quo non puto deceptum interpretem, sed ita
transferendum putasse, quia nihil censeret esse
differentia in sententia, & aptius dici, quam ad
verbū sic. Et afferebat in triginta , & in se-
 xaginta , & in centum. Sed *quomodo congruet*
hoc cum sequenti, ubi dicitur: Et iij sunt qui
vers. 20. *supra terram bonam seminati sunt, qui au-*
diunt verbum & suscipiunt: & fructificat
unum triginta, unum sexaginta, & unū cen-
tum? Quid est hoc unum? cur non potius unus?
nam homines dicuntur feminati. An unum
verbum? minimè: quia idem fructificat quod
suscipit: at verbum suscipitur, non suscipit: &
alioqui Gracè verbum masculini, & illa vox
de qua agimus, qua est similis præpositioni in,
est neutri generis. Ergo transferendum fuit per
præpositionem uterque locu, & reuerta, &
expinctor, & à regato.

10. Et

10. Et cùm esset singularis , interroga-
verunt eum qui cum eo erant duodecim, pa-
rabolam.] *Legendum est*, Interrogaverunt
eum qui circum ipsum erāt cum duodecim,
oi τοις ἀνὴρ σὺν τοῖς διώδεξ. Singularis autē Singulatio
inustatē translatum, καταπόνας, ideoque obscu pro solita-
rius, cui simile est in Psal. Singulariter in spe Psal 4,9
constituisti me, καταπόνας. Aperius apud Lu- Luc. 9,18
cam , Et factum est cum solus esset orans,
καταπόνας.

12. Ut videntes videant, & non videant.]
*Quoniam diversa sunt Gracē verba: ego dixi-
sem*, Ut cernentes cernant, sive ut aspicien-
tes aspiciant, & non videant, ἵνα βλέπωσι
βλέπωσι, οὐ μὴ τίδωσι.

26. Sic est regnum Dei, quemadmodum
si homo jaciat semen in terram, & dor-
mitat, & exurgat nocte ac die, & semen ger-
minet, & increscat dum nescit ille.] *Pro eodē
accipit interpres sementē & semen, cūm semen Semen.
sit corpus, sementis antem actio, id est, satio si- Sementis.
ve seminatio: quibus exēplis plena sunt omnia,*
ut apud Ciceronem de Oratore, *Quis ignorat
quæ sit sementis & messis ? id est, satio &
messio. Sed quia messis pro frumento quod me- Messis.
ti potest, accipitur, ideo fortassis quidam puta-
verunt posse sementem accipi pro semine, ut in
Genesi, Habens unum quodq; sementem se- Genes. 1,29
cundum speciem suam. Certe nunc causa va-
riandi non fuit, cum Gracē sit idem nomen, oī
& sic.*

Cap. IV. LAUR. VALLÆ COLLAT.

αβλασάνη. οὐδὲνθρωποςβάλη τὸ σπόρου, καὶ ὁ Γέρος αβλασῆ.

38. Magister, non ad te pertinet quia perimus?

39. Et exurgens comminatus est vento, & dixit, Mare tace, obmutesce.] *Ego dixisse*, Magister, non est tibi curæ quod perimus?

Pertinere. οὐ μέλεσσι ὅπε πολλάμυεται; aliquid est, non pertinere ad te, & non esse tibi curæ. Nam posses non curare quæ ad te pertinerent, & curare quæ non pertinerent. Increpuit quoq; malissem dicere, quia comminari vento improprium sit, & Grace est potius increpare, καὶ δεγῆθεις ἐπτίποντος.

40. Et ait illis, Quid timidi estis? necdū habetis fidem? & timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum, Quisputas est iste?] *Ego dixisse*, Quid timidi estis? siccine necdum habetis fidem? τις τις εἰς ἔχετε τι. sis; vel sic, Quid timidi estis? siccine? quomodo nō habetis fidem? Quisputas jam dixi Alterutrum, mihi non placere, sed quisnam: τις ἀερ. Alterutrum autem, quod significat unum de duobus utrū velis, nescio cur dicatur pro eo quod est, Mutuū, invicem, inter se, aliis ad alium, τοὺς ἄλλους, præsertim anteposita præter consuetudinē præpositione, cùm sit nunc tanquam adverbium. Hoc nomen in hunc sensum, apud nullum, quod sciam, veterum reperi, sed apud Boëtium, qui inter veteres non est ponendus, qui inquit in libris de Consolatione, veruntamen in aliis

alium sensum, hoc est, pro alterno: Alterutro calle procedam, nunc hoc, nunc illo proposita confirmans.

C A P. V.

1. **E**t venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum.] Gadarenorū legendum est, γαδαρενῶν. Neque dicitur, Trans fretum maris, sed trans mare, sive ad ulteriora maris, sive trans fretum, sive transfretantes, venerunt in regionem Gadarenorum, γαδαρενῶν εἰς τὸ ὄπεραν δαλασσόν. Melius ergo pauporost:

21. Et quum transcendisset Jesus in nave, rursus trans fretum, εἰς δαμασκούντος εἰς τὸ ὄπεραν.

23. Impone manum super eam, ut salvasit & vivat.] Quid attinebat addere, Et vivat? annon satis erat ut salva esset? Ergo legendum erit, Et vivet, id est, & salva erit, ζήσεται. Melius in iis codicibus, ubi legitur in numero plurali manus, τὰς χεῖρας.

35. Adhuc eo loquente, veniunt ad archisynagogum, dicentes, Quia filia tua mortua est.] Melius, ubi legitur, ab archisynago-
go, id est, à domo ipsius, σπὸ τῆς ἀρχισυναγωγῆς.

38. Et vidit tumultum, flentes & ejulan-
tes multum.] Gracè est, jubilantes, ἀληγάζον-
tes. Sed propriè tamen translatum est, quia ju-
bilatus

Cap. vi. LAUR. VALLAE COLLAT.
bilatus est, ut Varro ait, clamor rusticorum,
& quiritatus urbanorum. Quo magis miror,
eos qui volunt esse suavem vocem & cantum,

C A P. VI.

3. Rater Jacobi, & Joseph, & Judæ, &
Simonis.] Jose scribendum est, non Jo-
seph, iωσῆ.

11. Exeuntes inde, excutite pulverem de
pedibus vestris in testimonium illis. 12. Et
exeuntes prædicabant.] Multū in nostris co-
discibus deest post dictiōnēm illis, ἀπλοὶ λέγω σ-
μῶν, ἀνεκτόπεγον ἔσται οὐδόμοις οὐ γομόρροις εἰ νηέ-
ρα πείσοις, οὐ τῇ πόλει ἐκείνῃ, id est: Amen dico
vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomor-
rhis in die iudicij, quam civitati illi. Quod à
nobis detruncatum esse, minus mirabile facit,
quod ex oratione Dominica mulsum detran-
catum est.

23. Quicquid petieris, dabo tibi, licet
dimidium regni mei.] Græcè est, Quicquid
me petieris, dabo tibi, usque ad dimidium
regni mei, διὰ τὸ με αὐτὸν, δώσω σοι. Εἴσοις οὐκέ-
τε τὴν βασιλείαν με.

26. Et contristatus est rex propter jus-
jurandum, & propter simul discumbentes
noluit eam contristare.] Non contristare le-
gendum est, sed fraudare vel frustrari, ἀστη-
ρεῖ. Nec contristatus est, legendum est, sed
con-

contristatus sive tristior factus rex, ἦν φείλυ-
μις Ιησοῦς οὐ βασιλεύς. Quasi dicatur, Etsi
contristatus, tamen propter convictores noluit
eum fraudare: non autem quod sit contristatus
propter illos.

39. Et præcepit illis, ut accumbere fa-
cerent omnes secundum contubernia super
viride fœnum, & discubuerunt in partes per
centenos & quinquagenos.] Quod hic con-
tubernia, in Luca transferunt convivia, quod Luc.9,14
nomen magis responderet Graeco, eis si geminato,
ουράωια ουράωια. Quod ego transtulisse manipulatim, id est, per manipulos, qui manipuli
partim erat ceteri partim quinquageni. Proin-
de melius in iis codicibus legitur, in quibus legi-
tur, per centenos, & per quinquagenos, ἀντὶ^{τι} ἐγατὸν ἢ ἀντὶ τετρακοντα. Sed cur fœnum potius
quam herbam? Certe siccum non erat, ut cre-
dibile est: & si virens erat, ergo herba fuit.
Quod verbum cur non nunquam transferitur
fœnum, non intelligo, ut in Psalmis, Florebunt Psal.72,14
de civitate sicut fœnum terræ. Numquid her-
ba florescit, an fœnum?

51. Et plus magis inter se stupebant.

52. Non enim intellexerant de panibus.]
Græcè est, Et valde supra modum intra se
stupebant, sive attoniti erant, & admiraban-
tur, καὶ λιαρὲς ἐν σειρᾶς εἰς αὐτοῖς ἔξιστο, καὶ ἑθελο-
μέζον.

C A P . VII.

26. Erat autem mulier Gentilis Syrophœnissa genere.] Non est nunc Gentilis à Gente, quod dicitur ἑθνὸς sed quod crebrò transfert Græcus, Ἕλλος: de quo in sequentibus dicetur. Multi codices habent, Erat enim, sed non rectè. οὐδὲ γενὴ λόγος.

27. Non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

28. At illa respondit & dixit ei, Utique Domine, nam & catelli sub mensa comedūt de micis puerorum.] In Matthæo admonui non esse canes & catelli, sed tantum alterum, κυνάραιοις, κυνάραια: & illud Utique esse, quod alibi transfertur Etiam, ναι: Et puerorum, opinor magis debuisse transferri, filiorum, παιδῶν. Ut respondeat illi, panem filiorum.

32. Et adducunt ei surdum & mutum.] Non est Græcè copia, sed surdum mutum, sive surdum bardum, sive præpedita lingua μωρὸς μοριλλόν.

34. Effeta, quod est adaperire, & statim apertæ sunt aures ejus.] Adaperire nihil aliud est quam aperire. Supervacuum esset admonere, nisi quidam superstitione vellent extrinsecus fieri apertioñem, intrinsecus adaptionem, ut locum illum: Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur,

Adaperio.

Luc. 2, 23

tur, referrent ad beatam Mariam, quasi non id dictum sit de omnibus mulieribus, quae extrinsecus à viris aperiuntur. Certe hic locus ostendit ineptiam ita sentientiū, cùm dicatur,

35. Apertæ sunt aures ejus, cui dictum est, Adaperire. Sed neque Latinè, neq; Gracè hac est differentia, διανοίχθω, διλωίχθωq;.

36. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant,] *Ego sic transfussem*, Quanto autem ipse eis præcipiebat magis, vehementius prædicabant, ut sit quanto magis. Aut si non refertur magis ad quanto, aut alterum magis subaudiendum erit, aut transferendum quantum, οὐν τὸς ἀντίσ.

37. Bene omnia fecit, surdos fecit audire, & mutos loqui.] *Gracè legitur & surdos: & ita in quibusdam veteris apud nos exemplaribus translatum legimus.* Tamen Gracè est factit, non fecit: quis plenior quidem sensus est, καὶ τὰς καρφὰς ποιεῖ.

C A P. VIII.

8. ET sustulerunt quod supererat de fragmentis septem sportas.] *Ego ad verbum transfussem sic:* Et sustulerunt superamenta fragmentorum, σεισθυματα κλαοπάτων.

9. Erant autem qui manducaverunt quasi quatuor millia,] Ferè, aut fermè, aut circi-

Cap. iix LAUR. VALLAE COLLAT,
ter dicendum erat, non quasi: ὡς.

ii. E texierunt Pharisei, & cœperunt
conquirere cum eo.] *In solens sermo* conqui-
rere cum eo, *pro altercari, sive disputare* cum
eo, συζητεῖν ἀντῷ.

26. Et si vicum introieris, nemini dixe-
ris.] *Gracē est*, Neque in vicum introieris,
neque cuipiam dixeris in vico, μηδὲ εἰς τὴν
κωμίδιον εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς πώς ἐστι τῇ κωμῇ. Vi-
vius. *Cus nunc accipitur pro oppido: extra oppidum*
enim Iesu eduxit cæcum.

28. Responderunt ei, dicentes, Joannem
Baptistam, & alij Heliam, alij verò quasi u-
num ex prophetis.] *Non legitur Gracē* quasi,
sed alij verò unum prophetarum, ἀλλοι δὲ οὐα-
ροῦσι φρεγάθος.

32. Et apprehendens eum Petrus, cœpit
increpare eum.

33. Qui conversus, & videns discipulos
suos, comminatus est Petro, dicens, Vade re-
tro me Satana.] *Cur non possum* increpuit Pe-
trum, *quam comminatus est Petro?* *Incre-
pantis enim, non comminantis est dicere,* Vade
retro me Satana: & *Gracē eadem utrobiique*
dicitio est, ξεπομψή, ἐπειπονος. Retro autem me,
pro post me, ejusdem virtutē est, cuius illud in
Psal. Dilatasti gressus meos subtus me, pro
subter me, quoniam retro & subtus non pre-
positiones sunt, sed adverbia. *Apud Augustinum*
lego per prepositionem dictum, sic, Redi post
me Satana.

Psal. 18, 37
Retro.
Subtus.

CAP.

CAP. IX.

5. **R**Abbi, bonum est nos h̄c esse, & faciamus tria tabernacula.] *Legendum est, faciamus, τωιώωμεν. Alioquin dicendum erat & facere, non autem & faciamus.*

7. Hic est filius meus charissimus.] *Variandi gratia dixit interpres charissimus pro dilectus, ἀγαπητός. Delectatur sapramodum interpres variandis verbis.*

11. Et interrogabāt eum, dicentes, Quid ergo Pharisæi & scribæ dicunt?] *Gracē non legitur ergo, nec quid, sed quod, seu quia: δηλέγουσιν.*

14. Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & scribas conquirentes cum illis.

15. Et confestim omnis populus videntes eum, stupefactus est, & expaverunt, & accurrentes salutabant eum.

16. Et interrogavit eos, Quid inter vos conquiritis?] *Non interrogavit Iesu discipulos, sed tantum scribas quid altercarentur. Dicitur enim Gracē, Et interrogavit scribas, quid altercamini, sive disputatis apud eos, sive ad ipsos, hoc est, cum discipulis meis: sive apud ipsos, id est, vos ipsos? η ἐπηρώτατος τὸς γαρματεῖς, τί συγγένεις οὗτοι ἀντέτοι.*

30. Et inde profecti prætergredieban-

tur Galilæam] *Videtur ex his verbis non intrasse Iesum Galileam, sed juxta transisse. At Gracè dicitur, per Galilæam, διὰ τὸ γαλιλαῖον ergo legendum per Galilæam.*

34. Siquidem inter se in via disputaverant, quis esset illorum major.] *Grace legitur Quis major, τίς μείζων, quasi quis major cæteris: nam major omnium non ita belle dicitur, quoniam paulopost dicitur: 35. Erit omnium novissimus πάντων ἔχατος.*

38. Respondit illi Joannes, Magister, vidimus quendam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum.

39. Jesus autem ait.] *Aliquantulum apud nos deest: dicitur enim Gracè, Et prohibuimus eum, quia non sequitur nos, οὐτε ακολυθεῖ ἡμῖν. Quod ideo fuit, ut opinor, à librarriis pratermissum, quia repetuntur eadem verba: at qui cum summa gratia repetuntur.*

42. Bonum est ei magis, si circundaretur mola afinaria collo ejus, & in mare mitteretur.] *Gracè sic legitur, Si circundetur lapis molaris circum ejus collum, & jaciatur in mare, εἰς τὸν καὶ λίθον μαλικὸς φειδὸς τὸν βέβηλον εἰς τὸ θάλασσαν.*

C A P. X.

8. **E**T erunt duo in carne una.] *Grace est casus accusativi, in carnem unam: εἰς σάρκα*

οὐ πρὸ μακρῶν. Καὶ σέντεντια νοννηλινοῦ διδούσαις διφέρει: αλιντοῦ εἶναι εἶναι, τούς μου εἰς μάκρην εἰς μάκρην, & εἰς μάκρην. Καὶ οὐνόματα διδούσαις διφέρει: αλιντοῦ εἶναι εἶναι, τούς μου εἰς μάκρην εἰς μάκρην, & εἰς μάκρην.

In filium.
In filio.

9. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separat.] *Verbum de verbo transferendo, diceremus conjugavit, συνεχέσθαι.*

10. Et in domo iterum discipuli ejus de eodem interrogabant eum, & dicit illis:

11. Quicunque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam:

12. Et si uxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur.] *Discipuli sui dicendum erat, non ejus, quia sequitur, Eum.* *Quod interpres unam vocem Gracam, γαμήσαντος ἢ γαμθῆντος, variaverit per aliam duxerit, & alij nupserit, fateor recte fecisse: quia ad virum non pertinet nubere, et si legamus, Neque nubent, neque nubentur. Quod variaverit μοιχαῖον, per adulterium cōmittit & per mœchatur, non probatur mihi, cum præsertim hoc ipsum mœchatur sit idem Gracum.*

Matt.22, 30
Nubere.

13. Discipuli comminabantur offerentibus.] *Interpres comminari pro increpare accipit, nescio quo authore. Gracē autem plenè est, increpabant, εἰπούσιον.*

24. Filioli, quām difficilē est.] *Non est Græcè Filioli, sed filij sive nati, tēwē. Nam & paulopōst, inquit: v. 29. Qui reliquerit patrem aut matrem, aut filios, tēwē.*

43. Et quicanque voluerit fieri major, erit vester minister.] *Græce est, Quicunque voluerit fieri magnus in vobis, μέγας ἐσθιμ. Et ratio in promptu est, quia sequitur: v. 44. Quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus: nam inter majorem omnium, & primum, nihil interest. Ergo qui vult esse magnus, sit minister: quicunque vero maximus vel primus, sit omnium servus.*

Major o-
mnium.
Primus.

Aequani-
mitas.

Matth. 9, 22 de filia, Σάπως.

49. Et vocant cæcum, dicentes ei, Animæquior esto, surge, vocat te.] *Æquanimis dicitur quis, non animæquus: ergo æquanimior dicendum fuit, imò æquanimis, quia non habet comparativū, ac ne æquanimis quidem, quia verbum est, non nomen: Σάπως. Nec omnino significatio respondet, nam aliud est esse æquanimem & confidere: dicimus enim æquanimitatem, quasi patientiam, quod a quo animo feramus. Melius apud Matthæum, Conf-*

Exilio.

50. Qui projecto vestimento suo, exiliens venit ad eum.] *Parum propriè dicitur exilire nunc de caco, quia non de loco suo in alium exiliit. Græcè dicitur surgens, sive cum surrexisset, ἀναστάς.*

CAP. XI.

25. **E**T cùm stabis ad orandum.] *Negue eleganter dicitur, Stabitis ad orādum, neque Greco respondet, quod ita ad verbum transfertur, Cùm steteritis orantes, διπλούσιον προσκύνετε.*

30. Baptismum Joannis de cœlo erat, an ex hominibus?] *Ita parum cura est hominibus servare loquendi proprietatem, ut cùm dicatur baptismus, & baptisma etiam, tertiam addūt baptismum, ut iterum superius admonui. Gracè nunc baptisma est, βαπτίσμα.*

CAP. XII.

6. **A**Dhuc ergo unum habens filium chalissimum.] *Ut superius dixi, positivum est, non superlativum, dilectum, ἀγαπητόν.*

14. Et non curas quenquam.] *Significans transferretur ad verbum. Non est tibi curæ de quoquam, & μέλει σοι τοι & δινός. Non enim vides in faciem hominum.] Maluisse nunc ego dicere, In personam hominū, hoc est, in conditionem, differentiam, qualitatem hominum, εἰς περισσότερον. Licet dare tributum Cæsari, an non dabimus?] Manifestus error scripturæ ob subtracta verba: Gracè enim est, Licet dare censum Cæsari, an non? de-*

Cap. xix LAUR. VALLÆ COLLAT.

mus, an non demus? οὐτει κλῖσσα καίστη δίνει,
η ἡ; διάμετρος, η μή διάμετρος;

15. Qui sciens versutiam eorum.] *Nescio*
cur interpres formidavit hoc loco dicere hypo-
crism, εἰσόειον, cum frequenter dicat, Hypo-
Hypocrisis, critas: cùm præsertim hypocrisis sit magis si-
mulatio, quām versutia. Nec est, Qui sciens:
sed, Ille autem sciens, ἀ τιδώς.

31. Diliges proximum tuum tanquam
teipsum.] *In Matthæo est, Diliges proximū*
tuum sicut teipsum. Non semper observat in-
terpres differentiam inter sicut & tanquam, seu
Sicut. Tanquam, Velut,
velut. Est autem, Sicut teipsum, hoc, quod
sicut teipsum diligis: tanquam verò teipsum,
sive velut teipsum, idem est quod tanquam, si-
ve velut tu ille es. Utrum autem sit verius,
Hebreus interrogandus est: nam Gracus non
habet, ut nos, distincta adverbia, ὡς.

40. Qui devorant domos viduarum sub
obtentu prolixæ orationis, hi accipient pro-
lixius judicium.] *Sicut alibi interpres unum*
verbum diversis Latinis transfert, ita nunc di-
versa Greca transfert uno Latino, prolixum.
Gracè autem est, Qui devorantes domos vi-
duarum, & prætextu multa orantes, sive, &
prætendentes longam precem, hi accipient
amplius sive abundantius judicium, οἱ κατε-
διοντες τὰς οἰκίας ἐψή χρηστῶν, ή τοις οἰκοῖς μακε-
ωρούς χρηστούς, ή τοις λίθοις ή πετράστεροι κείμεναι.

CAP.

CAP. XIII.

1. **M**Agister aspice quales lapides sint,
& qualis structura templi. 2. Et re-
spondens Iesus, ait illi] *Ego transstulsem pa-
num, Aspice quanti lapides, sive quanta saxa,
& quantæ structuræ, ποταποὶ λίθοι, καὶ ποταπαὶ
σικεδομαι.*

11. Et cum duxerint vos tradentes, no-
lite praecogitare quid loquamini.] *Grace est,*
Ne anxij sitis quid loquamini, neque medi-
temini, μὴ μεμνᾶτε τί λέγουστε, μηδὲ μελετᾶτε.

17. Vix autem prægnantibus & nutrienti-
bus in illis diebus.] *Grace est apertius. Non*
enim dicitur nutrientibus, sed lactantibus,
δηλαζόσσους.

19. Erunt enim dies illi tribulationes,
quales non fuerunt ab initio creaturæ.] *Græ-
cè est, Tribulatio, qualis non extitit ab ini-
tio creaturæ, θλίψις οὐαὶ καὶ γέωρε τοιάσπι. Et de-
bere singularem numerum esse, probat quod se-
quitur, v. 24. Sed in illis diebus post tribula-
tionem illam.*

31. Cœlum & terra transibunt, verba
autem mea non transient.] *Hanc varietatem*
*futuri temporis non ita fert lingua Latina ra-
tio, ut Græca. Nam transibunt potius, quam*
transient dicimus. Græci habent, ἀφεδόσι, Ο-
*φελάσσω: numeri singularis est, ut fuerit trās-
ferendum, Cœlum & terra transibit.*

CAP.

CAP. XIV.

1. ET quærebant summi sacerdotes & scribæ, quomodo eum dolo tenerent & occiderent.] *Alius forsitan ad verbū transfluisse, quomodo eum dolo captum. seu prehensum dolo occiderent, negrituris annalibus. Nam nunc, ut multis in locis, tenere significat capere.*

2. Dicebant enim, Non in die festo.] Dicebant autem, est Græcē ἀλεξανδρῖ. Et merito, non enim reddit causam quare tū occidere vellent.

3. Venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati preciosi.] Spicatae præciosæ legendum est, refertur enim non ad unguenti, sed ad nardi, quod est fæminini, à λαβάσπορ μύρῳ ναρδὶ μετατηλῆσσι. Idem dico de loco apud Joannem: Maria ergo accepit li-

Ioan. 12, 3

Pistica.

brā unguenti nardi pistici preciosi. Sed cùm sit idem utробique nomen, cur interpres nunc transtulit spicatae, in Joanne non transtulit? Pisticæ enim Græcum verbum est, quod Augustinus putat dictum ab aliquo loco, & ait: Pisticæ interpretatur fidelis, à fide, quæ est Christiana religio, quia pistis Græcè dicitur: quasi Graci pistin appellarent tunc religionem, & non probationem, ut cùm dicimus, Fac fidem, feci fidem: id est, nardi pisticæ, id est, probatae & fidelis, nec dolosæ. Spicatae

all.

autem ideo translatis interpres, quod dicitur spica nardi: ut spica Celtica, & quae preciosior est, spica Indica.

13. Et occurret vobis homo, lagenam aquae bajulans.] *Quod hic lagenam, in Luca dixit amphoram, cum sit idem utroque verbum Gracè, quod significat vas fictile, καρδίων.*

14. Ubi est refectio mea?] *Melius apud Lucam transferetur diversorum: eadem vox, κατάλυμα.* Luc. 22, 18

19. At illi cœperunt contristari, & dice-
re figillatim, Nunquid ego?

20. Qui ait illis.] *Non nihil similitudine sermonis, vel ab interprete, vel à librariis omis- sum est. Sic enim est Gracè, Nunquid ego? & alius, Nunquid ego? Jesus autem respondēs, dixit eis. μήπ ήγώ; η αλλο, μήπ ήγώ; δ το- κεθεις επηρ οὐτοίς*

22. Accepit Jesus panem, & benedicēs fregit.] *Verbum è verbo aliis translatis, sic, Acceptum Jesus panem cum benedixisset, fregit: λαβὼν ὁ ἵντες ἄρτον, διλογίσας ἔκλαψε. Idem dico de calice.*

24. Qui pro multis effundetur.] *Gracè est effunditur, επχαρόμενος*

36. Sed non quod ego, sed quod tu,] *Gracè est: Sed non quid ego sed quid tu. αλλ' ε τι ήγώ, αλλα τι σύ.*

59. Et non erat conveniens testimonium illorum.] *Gracè est, Et neque ita conveniens erat*

erat testimonium eorum. Nam superius iterum dicebatur non esse convenientia testimonia, ideo nunc dicitur, Ne sic quidem erat convenientia testimonium eorum, οὐδὲ τότε.

63. Quid adhuc desideramus testes?] Elegantius translatis interpres, quam verius, et si propriè translatis. Sed ne quis putaret accipi desideramus pro cupimus, non fuit mihi omissendum non ita haberi Græcè, sed quid adhuc, sive quid amplius necesse habemus testibus? τί ἐπὶ γένεσιν ἔχουμεν προτύπων;

70. Verè ex illis es: nam & Galilæus es, Ille autem cœpit anathematizare & jurare.] Aliquantulum è Græco deest, ubi ita legitur, Etenim Galilæus es, & loquela tua similis est, οὐδὲ λαλιά σε ὀφοιδές. Quod nunc Græcè profert interpres, in Actibus transfert devove-

Autor. 23, 12 re se: Collegerunt se quidam ex Judæis, & devoverunt se, dicentes se non manducare neque bibere, donec occidant Paulum, αὐτόματα ἀνεδεκτίσουσι.

^{14, 21} Devovere. interpres, anathema erit devotio. Est autem propriè devovere, dicere, Hoc & hoc mali mihi contingat, vel hoc & hoc mali mihi Deus faciat, si hoc ego non agam. Aliquando etiam defestari, cum quo magis convenit anathematizare.

72. Et recordatus Petrus verbi quod dixerat ei Jesus, Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis.] Non dixerat Jesus Petru,

Prius-

Priusquam gallus cantet, *sed* Priusquam gallus vocem dederit. *Nimirū oblitus est interpres se trāstulisse* vocem dederit, *nisi more suo varietatem sectatus est.* Nam Gracē eodē modo utrumque dicitur, ὅπεριν ἀλέκτορες φανῆσαι δίς.

CAP. xv.

¹⁶ **M**ilites autē duxerunt in atrium prætorij.] *Gracē est*, Milites autem abduxerunt intra atrium, *sive* intra aulam, *sive* introduxerunt in aulam. (Aula enim *Gracē dicitur*, quoties apud interpretē atrium legimus) quod est prætorium, οὐω τὸ ἀντίον, ὁ δὲ πρατώειον.

21. Et angariaverunt quempiam Simonem Cyrenaeum.] *Gracē est præsentis temporis*, Angariant, *ut verbum superius*, & educūt illum: & alterum sequens, & perducunt illum. Quendam ^{vers. 20} *autem ego potius dixisse*, ^{vers. 22} quem quempiam: ἡ ἀγγαρίσσοι παρέγνωτά πνα Σίμωνα.

34. Ut quid dereliquisti me?] *Gracē est*, Ad quid dereliquisti me? *eiς τι.* Quod ideo puto fuisse mutatum à scribētibus, quia in Psalmo est, Ut quid dereliquisti me? *īra τι.* Psal. 13, 1

36. Currens autē unus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat.] *Cūm dixerit superius interpres*, Percutiebant caput ejus arundine, *scutis ubiq*^{ue}, vers. 19

*que, cur nunc non dixit atundine, sed Græcam
vocem reliquit, ηλάκω? Multis in locis facit
hoc interpres, ut vocem Græcam, quam alibi
Psal. 147, 17 transfert, alibi non transferat, ut etiam in Psal.
mis, Emittit crystallum suam sicut buccel.
Crystallus. las, κρύσταλλον. Crystallus Græcè, glacies est
Latine.*

43. Nobilis decurio.] Nunc accipendum
est decurio pro municipali senatore, quoniam
decimus quisque in consilium Reipubl. admis-
tatur, δηκόνιον βουλεύεται.

LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN MARC.
FINIS.



IN EUANGELIUM
L V C A E
COLLATIONES
LAURENTII VALLÆ.

C A P . I.

2.  *Icū t̄ tradiderunt nobis qui ab initio ipsi vide- runt, & ministri fuerunt sermonis:*

3. *Visum est mihi af- fectuō à principio omni- a, diligenter ex ordine tibi scribēre, optime Theophile,*

4. *Ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.] Vi dixit in- terpres verborum, ἀριθμ. cur non dixit, verbi, Verbum, λόγος, potius quām sermonis? cūm possit refer- ri ad J̄esum qui est verbum, quem nunquam, Sermo. quod memini, reperio appellatum sermonem,*

H

nisi

nisi apud Lactantium, dum Græcam vocem transfert. Nec transfluisse afferito, quod idem est quod consecuto: sed persecuto, seu executo, sive sectato, παρικολαθηκότ: neque à principio, sed altius, ἀνωδέη, sive mihi repetenti altius omnia. Neque est Gracè veritatem, sed (ut sic dicam) certitudinem, ἀσφάλεια.

5. Et uxor illi de filiabus Aaron.]

Uxor ejus legendum est, genitivo non dati. vocata, autē.

6. Incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela.] *Ματθίσσει μόνον verbo dicere ut Gracè est, ἀνεμπλοκή vel innoxij, vel intemerati, vel integri, insontes, quam sine querela, quorum non aperitus sensus est, quòd videlicet nemo de ipsis quereretur, aut nemo eos vituperaret: Cum persim reperiā in epistola ad Hebraos, εἰς πλη-*

Hebr. 8. 7. ριθεις verbis, tamen aliter translatum: Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secun-

8. *di locus inquireretur. Vituperans enim eos, dicit. A culpa enim vacasset, idem est quod hic nomen, ἀνεμπλοκή. Vituperans quoque dicitur, μαρφόμενος.*

9. Ut incensum poneret.] *Significantius Gracè dicitur, Συμάω, hoc est, thymiamata adoleret, sive odores incenderet. Idem est enim thymiamata apud Gracos, quod apud nos incensum: si modo usitatum est nomen, et proprium*

proprium incensum, solemus enim dicere o- Odores
dores.

17. Ut convertat corda patrum in filios,
& incredibiles ad prudentiam justorum, pa-
rare Domino plebem perfectam.] *Nescio an*
ancupanda varietatis gratia, an per impruden-
tiam interpres ita faciat, ut partem transfe-
rat, partem in Greca forma reliquat. Nā
Grecē utrumque infinitivum est uertere,
imperat, & parare, & loquor, ut utrumque fue-
rit convertendum aut per conjunctivum, ut cō-
vertat & paret: aut, quod vix Latinum est,
per infinitivum, convertere & parare: aut,
quod optimum est, per gerundium, quo Graci
carent. Tale est in Psalmis, Insidiatur ut rapi- Psal. 10, 2.
at pauperem, rapere pauperem dum attrahit
eum. *Cūm esset dicendum, Insidiatur ut rapi-*
at pauperem, ut rapiat pauperem: *sive, Insi-*
diatur rapere pauperem, rapere pauperem:
vel, Insidiatur ad rapiendum pauperem, ra-
piendum pauperem dum attrahit eum. *τὸς ἀγ-*
νῶν πλωχὴν, ἀπτάσαι πλωχὴν τῷ ἐλκύοντι άν-
τίν. Quid alia quarimus? nonne paulopost se-
quitur, v. 72. Ad faciendam misericordiam
cum patribus nostris, & memorari testamē-
ti sui sancti? Illud, Ad faciendam miseri-
cordiam, transfert ad formam Latinam, cum
fit Grecē infinitivum, ποιησαι. Illud memora-
ri, ut sic dicam, informe, & in grecanitate sua
reliquit, funditur. Et iterum ē diverso: v. 76.

Præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus, ad dandam scientiam salutis plebi ejus. *Car non Ad parandam, sicuti Ad dādam, aut dare sicuti parare? ἐπομάρται ὁδὸς αὐτῆς, οὐδὲν γάνων.* Atque iterum: v. 79. Iluminare iis, qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros Memorati. in viam pacis. *Ἐπομάρται, οὐδὲν γάνων.* Memorari pro recordari rarissimè reperias, nisi fortè apud aliquem vetustissimum Poëtam. Etiam incredibiles pro incredulos, per quam durum est, ἀπειθεῖς.

Incredibiliis.

22. Et mansit mutus.] *Gracè est surdus, νοφός.*

Matt. 1, 16. 27. Cui nomen Joseph, & Mariam.] №
Maria, ut superius dixi, accentu acuto, μαρία.

28. Ave gratia plena.] Non magis est Ave Gracè, quam salve, χαῖρε, cuius significatio eadem est que Gaude.. Nec duo verba sunt Gracè Plena gratia, sed unum, χαῖρε τωέν: quod si verbum transferatur è verbo, dicere: ur Gratificata, quod videlicet in gratiam recepta est. Unde Paulus cum alibi, tum ad Ephesios: In laudem gloriæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto, ἐχαίρετος.

Eph. 1, 6.

29. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone ejus] *Melius in quibusdam veris suis codicibus legitur, Quæ cùm vidisset, id est, quod à quibusdam, aliorum scripta ad suum sensum trahentibus, non correctum, sed corrum-*
pium

*ptum est. Nolo disputare nunc quare sit melius,
Quæ cùm vidislet, quām, Quæ cùm audis-
set, ne de fide scripturæ dubitare videar.*

32. Et dabit illi Dominus Deus sedem
David patris ejus.] *Melius legitur in iis codi-
cibus, ubi est Patris sui.*

33. Et regnabit in domo David in æter-
num.] *Gracè est, In secula, eis tūcāvæs.*

34. Quomodo fiet istud?] *Gracè est, Quo-
modo erit istud? ēsay.*

46. Magnificat anima mea Dominum.]
*Non magis in Magnificat, Gracè μεταύριον est Magnum
verbum. Facio, quām in Beatam me di- dicere.*
μακάριον, est verbum Dico : ut perinde facere,
dicere liceat, magnum facit pro dicit, ut bea- v. 48.
*tum dicit pro facit. Reperimus in epistola Fa-
tobi. Et beatificamus eos qui sustinuerunt, Iac. 5. ir.
μακάριον. Et in Psal. Dominus conservet Psal. 41. 3.
eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum,
μακάριον.*

48. Quia respexit humilitatem ancillæ
suæ.] *Gracè est, In humilitatem, ἐπὶ τῷ μ-
τέρων, ut multis aliis in locis fit, velut in lo-
co illo Psalmi, Respexit in orationem humili- Psal. 102.
lium. Et magis est Inspexit, quām Respexit, 18.
ἐπέλεψεν. Ecce enim ex hoc beatam me di-
cent.] *Adverbium est Gracè cum articulo, nō
pronomen, quod modo implet sensum, ut intel-
ligatur ab hoc tempore, ἐπό τὸν. Melius apud
translationem, quam Ambrosius sequitur, Ecce**

Euc. 22, 69 enim à modò. *Idem dictum sit de loco postea-*
rori, Ex hoc autem erit filius hominis, se-
dens à dextris virtutis Dei, *et rūr.*

50. Et misericordia ejus à progenie in
 progenies.] Non rectè dicitur à, quia Gracè
 est in, & sane in quibusdam atque adeò pleris-
 que editionibus legitur, In progenie: quod ta-
 men cum sequenti non congruit, quòd diversi
 casus, in progenie & progenies. Ideoque ve-
 rustiores editiones habent, in progenies & pro-
 genies. Gracè autem est, in progenies proge-
 nierum, *eis paretas pereat.*

51. Suscepit Israël puerum suum, recor-
 datus misericordiæ suæ.] Verius illi codices, in
 quibus legitur, Memorari misericordiæ suæ,
 Quanquam Gracè non est Suæ, ergo nec Lati-
 ne debet esse. *μηδὲνται ἐλέεις.*

Joh. 1, 1. 55. Sicut loquutus est ad patres nostros,
 Abraham & semini ejus in secula.] Ego di-
 xisse, Apud patres nostros, & Abrahæ, ut
 sensus esset apertior. Nam dative casus Abra-
 ham. *ως τοῦ πατέρεγες οὐκέτι, τῷ Αβραὰμ.* Dixi-
 sem inquam, apud, ut in illo Joannis, Et ver-
 bum erat apud Deum, *ως τὸς θεός.* Et in E-
x. Cor. 16, 7. pistola Pauli ad Corinthios : Spero enim me
 aliquantulum tempus manere apud vos, *ως*
Psal. 5, 8. *οὐας.* Sicut è diverso illud in Psalmo, Adorabo
Ad. ad templum sanctum tuum. *Est enim ad tem-*
Apud. *plum adorare, juxta templum :* apud tem-
 plum verò, in templo adorare, *ως τοῖς* *οὐασι.*

Quidam codices habent, usque in secula. Hoc parum interest: illud magis, quod legendum est in seculum, non in secula, ēos a'ōrō.

66. *Quis putas puer iste erit?] Est quidem Gracē neutri generis quid, seu potius quod, sed responderet illi puer, quod est neutri generis, mādior. Sed nec Gracē est putas, sed dictio quadam indeclinabilis, ut ego maluissim transferre, Quisnā puer hic erit? τι ἀρε τὸ μαδίον τὸ τέσσαρα; quod est audacious in Matthæo: Quis putas major est in regno cœlorum? Non enim erat interrogandus, quem magorem esse putas? sed plane, quis major est? quia in Deo non est opinio, sed scientia. τίς αἴρει μετάνοιαν;* Matt. 18.16

68. *Quia visitavit & fecit redemptionem plebis suæ.] Plebi legendum est, non plebis, sive populo suo. Nam populum significat potius vox Graca, τιλ λαθη ἀντί. Etenim, populus nunc significat tam primores Populus, quam plebem, ut quum dicimus populum Romanum imperasse omnibus Gentibus: nunc significat plebem, ut quum dicitur, Senatus populusque Romanus.*

70. *Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarum eius.] Descendum erat, Prophetarum suorum, in quo nonnunquam decipit interpretem vox Graca, ἀντί.*

73. *Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, ut*

Cap. XI. LAUR. VALLE COLLAT.
sine timore de manu inimicorum nostrorum
liberati, serviamus illi.] *Gracè abest se, for-*
tassis adjectum ab iis qui hunc locum exponunt,
quòd Deus dabit se nobis: qua sententia mul-
tū abest à veritate Gracè. Quòd si ita translu-
lit interpres, debuit ad tollendum dubitationem
anteponere se, sic, Se daturum nobis: quan-
quam Gracè non est futurum infinitivum, nō
souvai.

77. In remissionem peccatorum eorum.]
Gracè est casus ablatus, In remissione, è
ἀφέσει.

78. In quibus visitavit nos oriens ex al-
to.] *Oriens substantivum est, & apud Gracos*
generis fæminini ἀραιολή, significatque ortum
foliis, sive locum unde sol oritur. Per metapho-
ram dicitur Deus oriens, ut angelus lucifer.

Ef.14,12. 79. Illuminare iis qui.] *Illucescere poti-*
us, ut apparere dicendum fuit, ἐπιφάνεια. Nam
illuminare tibi, sermo insolens est.

C A P . I I .

1. *E*xiit edictum à Cæsare Augusto, ut
describeretur universus orbis.

2. Hæc descriptio prima facta est à præ-
side Cyrino.

3. Et ibant omnes, ut profiterentur sin-
guli in suam civitatem.]

Licet interpres variet, tamen idem verbum
est

est describi & profiteri, οὐαγάφειδος. Nec legendum est cum præpositione à, quanquam Gracè magis præsidente, quam præside. Nec legendum est Cyrino, sed Cyrenio, ἵημονδοντος τῆς οὐειας κύπριας. Nec minus commode accusativus Gracus nunc transferretur per ablativum, sic: Singuli in sua civitate. Erat autem hac descriptio sive professio, ne quis ignoret, ut sciret quantum quisque haberet in facultatibus. Dicta quidem professio, eorum qui censabantur: descriptio verò, eorum qui censemabantur respectu. Nam ita inquit Asconius Pedianus: More veterum Censi dicebantur, qui centū millia in professionem detulissent, hujusmodi ad eò facultates Census dicebantur.

Professio.

Descriptio.

Censit.

Census.

8. Et pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis.] Cum dicatur vigilantes, quid attinebat Custodientes vigilias? Gracè non est vigilantes, sed in agro agentes: nec custodientes vigilias, sed custodientes custodias, sive excubantes excubias noctis, ἀγεγυλεῖντες καὶ φυλάσσοντες φυλακάς.

9. Et claritas Dei circumfulsit illos.] Nō magis est Gracè claritas, quam gloria, δόξα, δόξα, quam interpres nonnunquam transfert mae- stas: propria autem significatio ejus est gloria, ut mox cum dicitur:

14. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] Δόξα.

H

Si

Eudoxia. *Si nullo in loco, certè in hoc admodum tantam effusione mutationem fattam, ut legamus, hominibus bona voluntatis pro, in hominibus bona voluntas, èo à θρόνος d'ōnica. Unum est apud Græcos nomen bona voluntas, quod solet transferri beneplacitum, quodque transfrerri posse placentia Hieronymus ait. Et sane quid accinebat precari pacem bonis, quasi non habentibus? ergo precabantur angeli pacem super terram, & in omnibus hominibus bonam voluntatem, & iis præcipue qui eam non haberent, ut inquit Dominus, Non veni vocare justos sed peccatores. Ergo sit bona voluntas in iis, quibus non est.*

17. Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de pueru hoc:

18. Et omnes qui audiebant, mirati sunt, & de iis quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.] *Non fuit transferendum, cognoverunt de verbo quod dictum erat illis: sed notum fecerunt. Etenim idem verbum nunc, ἐγένετο, quod paulo ante, Dominus ostendit nobis, ἐγένεσε, Narraverunt enim pastores ea quæ viderant & audierant, & ideo admirabantur omnes ista audientes. Nec Græce legitur copula, & de iis quæ dicta erant à pastoribus, sed sine copula.*

19. **¶** Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem.] *Non legi-*

tur Gracē ejus, sed eorum, hoc est, matris & pueri, autāv.

23. Omne masculinum adaperiens vulvam.] *Malleum hoc in loco, interpres ubi de matre Dei virgine loquuntur, dixisset verecundius uterum, μῆσα, quod fortasse est verius, ut in Psal. In te projectus sum ex utero, μῆσα. Psal. 22:6{1} Quemadmodum illud Pauli, Reputavi sterco- Phil. 3:8.*
ra, Κύρα, quod nomen transfert Priscianus quisquiliis, nec Priscianus modò, verum etiam Hieronymus in dialogo contra Pelagianos, inquiens : Apostolus omnia pro Christo dicit quisquiliis, ut inveniatur in Christo, non habens suam justitiam.

27. Et cùm inducerent puerum Jesum parentes ejus.] *Abest Gracē Ejus : quod si adesset, transferendum esset Sui, non ejus.*

34. Et in signum cui contradicetur.] *Contradicitur legendum est, ἀντλεγόμενος.*

35. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.] *Gracē est Tui. Sed ratio linguae Latina non fert ut dicamus Animam tui (quemadmodum in elegantiis tradidi) sed animam tuā, cui illud ipsius tanquam genitivo applicatur, ut stultissimè accipiant, qui exponunt hunc locum referentes ipsius ad Christū, καὶ οὐ τὸν αὐτὸν Ιησοῦν.*

38. Et hæc ipsa hora superveniens.] *Cum dicatur quod non decebat de templo, quomodo nunc supervenit? Gracē est stans sive aſſistens, επιστῶν.*

40. Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia, & gratia Dei erat cum illo.] *Gracè est*, Et confortabatur spiritu, & implebatur sapientia, sive augescens sapientia: *est enim participium præsens, quo nos caremus.* *Quod si liceret dicere, diceremus Plenescens, ἢ ἐνεργατικό πνέον, πληρέμενος οὐδίς.*

43. Remansit puer Jesus, & non cognoverunt parentes ejus.] *Superius dicitur parentes ejus, nunc autem Joseph & mater ejus. Ideoque non dicitur, Non cognoverunt, sed non cognovit Joseph & mater ejus, ἢ τὸν θύρα Λασπήφ τὸν μάτηρ ἀπώ.*

C A P. III.

3. **E**T venit in omnem regionem Jordanis] *Ego dixisse, In omnem regionem circa Jordanem, εἰς πᾶσας τὰς οἰκίας Ιαρδαίας.*

5. Et erunt aspera in directa.] *Gracè est numeris singularis, in directam, sive in rectam, εἰς διθεῖας.*

8. Facite fructus dignos poenitentiæ.] *Quia Gracè est genitivus, ideo eum reliquit interpres, quem debebat transferre per ablativū.*

22. Et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.] *Velut columba dicendum fuit, non sicut: quia columba*

Velut.

lumba aliqua nunquam in Iesum descendit, sed spiritus sanctus tunc tanquam columba.

23. Et ipse Iesus incipiens quasi anno-
rum triginta.] *Quasi non Latine dicitur, pro
ferè. Gracē pro sicut, pro velut, pro tan-
quam, pro quasi, pro ferè, unum habent, ḥs. ḥs.*
Ut putabatur filius Joseph, qui fuit Eli.]
*Hoc fuit transferendum, Qui fuit filius Eli:
et si Gracē nec relativum legitur, nec verbum,
sed articulus, τὸ Ελεὶ. Sed veritus est inter-
pres, ne ad extremum dicendum esset,*

38. Qui fuit filius Dei, *cūm Adam non sit Adam filius
filius Dei. Sed nescio an ei verendum fuerit, cūm Dei.
dicat ipse Deus ad homines, Dij estis, & filij
excelsi omnes. Hoc qualemque est, non pra-
terendum putavi.* Psal. 32. 6^a

C A P. IV.

1. **E**t agebatur à Spiritu in deserto die-
bus quadraginta,

2. Et tentabatur à diabolo.] *Melius legi-
tur in iis codicibus, qui habent In spiritu, εἰ
μένων. Nec Gracē est copula, Et tentaba-
tur, sed sine copula participium præsentis passi-
vum, τῷ εγέρθεντι. Quod ideo dico, quia ten-
tatus innuitur quadraginta diebus. Non autem
in diebus ductus sive actus: nam Gracē non est Actus;
Agebatur, ut dicuntur equi agi quasi agitari, Agi.
sed duci, ac potius ductus, ἤγαν. Num in de-
sertum*

fertum quoque est Gracè, non in deserto, *τις τὸν ἔρημον*. Et si frequenter hic accusativus habeat vim ablative, ut superius testatus sum.

Momentū. 5. In momento temporis.] *Gracè* nescio an habeant simile vocabulum nostro momento, quod significat spatiū breve, ut hora vel semihora, aut paulo plus minūsve. Ut apud Horatium, Quid enim ? concurretit, horæ Momento. At nunc *Gracè* est puncto, *σημῆνη*.

15. Et ipse docebat in synagogis eorū, & magnificabatur ab omnibus.] *Gracè* est glorificabatur, quod ego, ne adderem copulam, quæ *Gracè* est, sic translatissem, Et docebat in synagogis eorum, omnibus eum glorificantibus: est enim participium passivi praesens, δοξάζουσας.

16. Dies sabbati,] *Gracè* est sabbatorum, *ἡμέραν σαββάτου*.

18. Dimittere confractos in remissionē,
19. Prædicare annum Domini acceptū,
& diem retributionis.

20. Et cùm plicuisset librum.] *Grace* non legitur, Et diem retributionis: nec attinebat tunc mentionem facere retributionis, sed tantum gratia.

C A P . V .

7. ET annuerunt sociis qui erant in alia navi, ut venirent & adjuvarent eos.]
Ego

Ego sic transstulisse, Et innuerunt sociis qui erant in alia navi, ut venientes adjuvarent se, καὶ πέτρους, τὰ ἀλθόντας συλλαβέσθαι τοῖς.

27. Vidi publicanum nomine Levi.] *Gra. εἰς Λεύιν. λευέσ. Εἶ παυλοπότ:*

29. Et fecit ei convivium magnum Levi.] *Dicendum est Levis. λευέσ.*

CAP. VI.

26. **V**Æ cùm benedixerint vobis omnes homines: secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum.] *Grecè non legitur Omnes, nec Prophetis, sed Pseudoprophetis, Φευδοπροφήταις. (ausa autem est, ut opinor, cur scriptor depravaverit codicem, quia paulo ante dicitur, Secundum hæc enim faci- v. 236 ebant prophetis patres eorum. Sed ob hoc i- psum minus debuit depravari scriptura, quia hoc facere ab altero plurimum differt, atque adeò conirarium est.*

34. Et si mutuum dederitis iis, à quibus speratis recipere quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipient aequalia.

35. Veruntamen diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuum date, nil inde sperantes.] *Quia Graecum vocabulum δα- νεῖσθαι anceps est, pro mutuum dare, sive mu- tuare, & fœnerare, quod interpres ait fœne- rari,*

Mutuo.
Fænero.

Laur. VALLAE COLLAT.
rari, ideo ipse interpres consilii incertus, utroque modo transtulit, & lectorum quid nō ut ipse incertus est, incertum reliquit? cum aliud sit mutuare, quod sine peccato sit: & fœnerare, quod sit cum peccato. Quæ causa fuit, ut interprætum de peccatoribus agitur, dixerit fœnerantur ~~sævi~~ ^{et} ~~gou~~on. Sed hac causa non satis est ad sententiam, seu vocem mutandam. Nam argumentum similitudinis sit à peccatoribus, qui & ipsi gratis mutuant, tamen indesperantes vicis. studinem: vos autem gratis quoque mutuate ~~sævi~~ ^{et} ~~gou~~, sed sine spe vicissitudinis. Quòd nisi gratificarentur peccatores peccatoribus, non foret argumentum à majori. Qui enim aequalia sperant, non fœnus expectant, sed gratia viris. studinem: ergo non fœnerantur sive fœnerant dicendum erat, sed mutuant.

C A P . VII.

11. ET ibant cum illo discipuli ejus.] *Forma Greca* decidit frequenter interpretem, ut dicat Ejus pro Suus sive Sui, aut: quale etiam paulopost.

18. Et nunciaverunt Joanni discipuli ejus, pro sui, aut.

22. Pauperes euangelizantur.] *Etsi* Græcè est voce passiva, tamen pro activa (nam apud illos ances est) potius acciperem, transferremque Euangelizant.

24. Quid

24. Quid existis in desertum? videre arundinem vento moveri?] *Parum Latinè dixit Moveri, pro quæ movetur, vel potius quæ agitatur, οὐδέποτε.*

25. In domibus regum sunt.] *Gracè est, In regiis sunt, sive in regnis sunt, εν τοῖς βασιλεῖσι εἰσίν.*

38. Et stans retrò secus pedes ejus, lachrymis cœpit rigare pedes ejus.] *Gracè unum magis quam apud nos verbum est, dicitur enim: Et stans juxta pedes ejus retrò, flens cœpit rigare pedes ejus lachrymis: ἀπίστα κλαίσσοντες βρέχειν τοὺς πόδας ἀπε τοῖς δάκρυσι.*

42. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque.] *Græcanicè dixit Utrisque pro Utrique, ἀμφοτέροις. Etsi magni quidam autores nonnunquam sic loquuti sunt.*

C A P . VIII.

9. Interrogabant eum discipuli ejus.] *Nam admonui dicendum fuisse, Discipuli sui.*

16. Aut subtus lectum ponit.] *Subter lectum dicendum erat, quia subtus adverbium est. Apud Græcos adverbia multa vim habent prepositionum.*

17. Quod non cognoscatur, & in palam veniat.] *Nęq; Latinè dicitur in palam, neq; se Greco responderet, quod est, in apertū, εἰσοδεύσθαι.*

19. Venerunt autem ad illum mater & fratres ejus.] *Nimis frequenter fortassis admoneo fratre dicendum*, Mater & fratres sui, non ejus.

24. Suscitayerunt eum , dicentes, Præceptor, perimus.] *Gracè est geminatum*, Præceptor, præceptor, quod est hominis solliciti & anxii, & quia non ad primam vocem excitari voluit Iesu. *ēmsāta, ēmsāra.*

26. Et navigarunt ad regionem Gerasenorum.] *Gracè est Gadarenorum, γαδαρηνῶν.*

27. Et cùm ingressus esset in terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium.] *Desunt duo verba. Nam sic legendum est: Vir quidam ex civitate, sive ex urbe, qui habebat dæmonium, οὐ τῆς πόλεως.*

29. Agebatur à dæmonio in deserto.] *Melius ubi legitur, In deserta, εἰς ἡλιστήρας.*

48. Filia, fides tua te salvam fecit, vade in pace.] *Nescio an sit potius dicendum, Vade in pacem , accusativus enim Gracè est, εἰς εἰρήνην.*

52. Nolite flere , non est mortua , sed dormit:

53. Et deridebant, scientes quia mortua esset.

54. Ipse autem tenens manum ejus clavavit, dicens: Puella surge.

55. Et reversus est spiritus ejus, & surrexit continuo, & jussit illi dari manducare:

56. Et

56. Et stupuerunt parentes ejus, quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.] *Cur præcepit parentibus pueræ, ne cui dicerent quod factum erat, si aderant illi qui deriserant negantem esse pueram mortuam, sed dormientem?* Aut *cur soli parentes obstatuerunt ergo non aderant alijs;* Itaque sciamus ita esse Gracè. Et deridebant eum scientes quia mortua esset. Ipse autem ejectis foras omnibus, & capta manu illius, vocavit dicens, ἀντὸς δὲ ἐνβαλὼν ἔξω πάντας, ἵνα κρατήσουσιν χεῖρος ἀντῶν, ἐφόρησον λέγων.

C A P. + IX.

3. **N**ihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.] *Non est hoc tuleritis à verbo fero, sed à verbo tollo: ergo melius in viam, & Gracè accusativus est, εἰς δὲ οὐδέν.* Et tuleritis, ut apertius, ita verius translatum, esset, tollatis sive tollite, μηδὲν αἴγετε. Neque duas tunicas dicitur, sed binas, *hoc est, singuli duas:* neque imperativum aut subjunctivum est habeatis, sed infinitivum, μητε ἀνὰ δύο γραπτας ἔχετε.

4. Et in quamcunque domum intraveritis, ibi manete, & inde ne exeatis.] *Veritas Greca habet,* Et inde exite, ἵνα ἔκαθεται ἐξέρχεσθε. *Quod quia quibusdam videbatur absurdum,*

dum, ut juberentur exire, convenientiusque esse, cùm dicatur, Ibi manete, ne exirent, addiderunt negationem. Sed Dominus præcepit ut ex eadem domo exirent, cùm illinc ad aliam civitatem pergerent, in quam à principio introiissent, ne forte ex alia exirent.

10. Et assumptis illis seorsum in locum desertum, qui est Bethsaïda.] Græcè est, In locum desertum urbis, quæ vocatur Bethsaïda, πόλεως καλυμένης βιθουαδά.

20. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autem Simō Petrus, Christū Dei,

21. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent.] Cur non dixit interpres nunc, mīnatus illis præcepit, sicut alibi frequenter, cùm idem sit verbum, ἐπιποίους? Non enim nunc locus est increpationi, tanquam peccassent, sed dehortationi ne peccent.

23. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.] Non est apud hunc Euangelistam Quotidie.

24. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam. Nam qui perdidit animam suam propter me, salvam faciet illam.] Nisi accipiat Nam pro Autem, non respondet translatio Græcæ veritati, in qua dicitur, Qui autem, sive quicunque autem perdidit animam suam gratia mei, hic salvabit eam sive ipsam, ὁ δὲ ἀπολέσεται.

ση τέλος Τυχὴν αὐτοῦ ἔνεκεν ἐμοῦ, Εἰτε Καίρου
αὐτὸν.

30. Moyses & Helias

31. Visi in maiestate & dicebant excessum ejus quem completurus erat in Hierusalem.] Excessus pro morte accipiens est, ut apud Ciceronem de Legibus: Certè non longè ab ædibus tuis inambulās post excessum suum Romulus Proculo Julio dixerit se Deum esse, & Quirinum vocari. Et apud Valerium Maximū: Tui quoq; clarissimi excessus Catō Utica monumentū est, in qua ex fortissimis vulneribus tuis plus gloriæ quā sanguinis manavit. Quod autē hoc senferit interpres, eisī stultum est dubitare, sciamus Gracum vocabulum esse illud, quo secundus liber Moysi inscribitur Exodus, ἔξοδος, qui dicitur Exitus, ἔξοδος, ut in Psalmo, In exitu Israel ex Ægypto: qui pro morte accipitur, ut apud Quintilianum in Mathematico: Commendo vobis exitum meum : & apud Plinium ad Cornelium Tacitum: Petis ut tibi exitum avunculi mei scribam. Quid alia exempla? apud ipsum interpretem in epistola Petri: Dabo autem operam, &c 2. Pet. i. 15: frequenter habere vos post exitum meum, ἔξοδος.

42. Et reddidit illum patri ejus.] Patri suo Latinum est.

44. Ponite vos in cordibus vestris sermones istos.] Grace est, Ponite vos in aures vestras,

vestras, sive in auribus vestris sermones istos, sive hos: *cis Ida omnia vobis*.

52. Et euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi, & non receperunt eum.] *Ne quis poterit hanc civitatem esse Samariam. Nam Graecè est, καὶ μην, quod est castellum vel vicus: unde dicitur panlopōst,*
v. 36. *Et abierunt in aliud castellum, καὶ μην.*

54. Domine, vis dicimus ut ignis descendet de cœlo, & consumat illos?

55. Et conversus increpavit illos.] *Graecè plus est quam Latinè: dicitur enim illuc Domine, vis dicamus ignem descendere de cœlo, & consumere eos, ut & Helias fecit!* conversus autem increpuit illos, *as καὶ Ηλίας ἐποίησε, σεργόφης δὲ.*

C A P . X.

v. 17. 1. **P**ost hęc autem designavit Dominus Jesus & alios septuaginta duos, & illos misit binos ante faciem suam.] *Et aliquanto post: Reversi sunt autem septuaginta cum Septuaginta interpres. gaudio. Ut interpretes illi pentateuchi de Hebraica lingua in Graecam, cūm essent septuagintatudo ex singulis tribubus seni, tamen communitatis in loquendo gratia, sunt appellati septuaginta: sicut apud Romanos centumviri pro centum quinque, ex singulis tribubus, qua tri-ginta quinque erant, terni. Sic nunc ē diverso*, *pro*

*pro septuaginta scribitur septuagintaduo,
non aliquaratione, sed vel temeritate vel erro-
re, cum omnes codices Graci habeant tantum
septuaginta, εβδομήκοντα. Nescio an ille qui
hoc fecit, voluerit fuisse è singulis tribubus se-
nos, qua stultissima ratio est, cum videamus
nequaquam hoc factum in apostolis, qui cum
duodecim fuerint, non sunt singuli è singulis tri-
bubus electi. Certè & apostolorum & discipu-
lorum numerum cernimus à Domino in libris*

Discipulū
septuagin-
ta.
Moysei præfigurarum per duodecim fontes, & Exo. 15. 27.
septuaginta palmas in deserto repertas. Ergo
septuaginta, ut dixi, legendum est. Quis fuit
*etiam numerus eorum, quos Deus spiritu im-
pertivit, qui in Moyse erat.*

Num. 11. 28.

3. Ita ecce ego mitto vos sicut agnos in-
ter lupos.] Velut inter lupos, transferendum.
*Non enim sic dicebat Dominus Jesus, Mitto
vos sicut mitto agnos inter lupos, sed mitto vos
veluti agni effettis, ὥστε. Nec inter lupos dicit,*
sed in medio lupo rum, εἰ μέσῳ λύκων.

6. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescat
super eum pax vestra: sin autem, ad vos re-
vertetur.] Sin autem, *non dicendum fuit, sed*
Sin minus, ad vos revertetur, εἰ δὲ μη.

21. In ipsa hora exultavit spiritu sancto,
& dixit. I. *Non est Gracè sancto, intelligen-*
dum est enim suo, sed causa erroris extitit in
*scriptore, qui pro Jesus, quod est in Graco, fe-
cit sancto. Legitur enim Gracè, In illa autem*

Næ. hora exultavit spiritu Jesus, & dixit, *in modum Inovis.* Confitebor tibi pater Domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam pater, quia sic placuit ante te.] Etiam *idem verbum est quod interpres transtulit superius* utique, *nam*, *qua voce Graeca Latini sunt frequentissime usi*, *ut apud Terren.* Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligent. *Sed ferè iij sunt usi hoc adverbio, qui non utebantur Utique, ut Cice.*

22. Omnia mihi tradita sunt à patre meo.] *Non nihil nobis deest à veritate Graeca, in qua sic legitur.* Et conversus ad discipulos, dixit, Omnia mihi: *γέγοντις τες μαθητας, είστε.* *Causa hujus menda illinc extitit, quod paulopost dicitur,*

23. Et conversus ad discipulos suos, dixit: *quasi supervacuum esset idem bis dicere: verum non repetitur eadem ad verbum oratio, sed additur seorsum: sic enim est Graecè.* Et conversus ad discipulos, seorsum dixit, *τες μαθητας να Τιδιλας είστε.*

29. Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Jesus, dixit.] *Melius iij codices, qui habent, Suscipiens autem Jesus. Hunc locum aliquis in lingua Latina sciolus emendandum putavit, qui cum vix aliquid significare suscipiens existimaret, credidit esse verius suspiciens, quod videlicet Jesus in cœlum suspexerit.* Sed

Sed suscipiens nunc traductum est verbum de suscipiente
verbo, quod solet dici frequentius excipiens,
hoc est, subsequens alium in loquendo, ut a-
pud Vergilium: Excipit Ascanius. Ita nunc
Jesus excipiens, quasi respondens illi, & verba
illius subsequens. Infinita sunt hujusmodi exem-
pla, ut apud Xenophontem: ἦ οὐ κύρων επολε-
ῖαν id est, & Cyrus excipiens, inquit. Idem
apud Evangelistam vocabulum, επο-
λαγῶν.

41. Martha Martha, solicita es, & tur-
baris erga plurima:

42. Porrò unum est necessarium. Mari-
am optimam partem elegit.] Melius circa
frequens ministerium, quam nunc erga plu-
rima, quia Erga ad personam refertur, Circa
ad omnia. Gracè autem eadem prepositio est,
οὐ: neque Gracè dicitur Optimam, sed bo-
nam partem, adeò que conjunctio sic: Maria
autem bonam partem elegit, Mæla δὲ πά-
θη μείδη.

Erga,
Circa.

C A P . xi.

i. **D**ixit unus ex discipulis ejus ad eum.] Ex discipulis suis dicendum fuisse,
jam admonuimus. Quidam tamen codices ha-
bent Suis.

5. Amice, commoda mihi tres panes.] Mutua mihi tres panes, dicendum fuit, ξενοφ.
I s quia

Mutuum.
Commo-
datio,

quia (ut jurisconsultis placet) ibi mutuum, ubi fit de tuo meum, sive de meo tuum. Commodatio, ubi idem corpus redditur.

11. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut pisces, nunquid pro pisce serpentem dabit?] *Aliter Gracè habet, dicit enim: Quem autem vestrum, sive ex vobis patrem peter filius panem, nunquid lapidem dabit illi? aut etiam pisces, nunquid pro pisce serpentem dabit ei?* τίνα δὲ οὐ μή πειράσαιτος ὁ γὰρ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει ἀντί; οἱ δὲ ἵχθυν, μὲν αὐτὶ ἵχθυσι φέρου ἐπιδώσει ἀντί;

14. Et erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum: & cùm ejecisset dæmonium, loquitus est mutus.] *Gracè non est mutum & mutus, sed surdum & surdus, κωφὸν, κωφός.*

17. Omne regnum in se divisum desolabitur, & domus supra domum cadet.] *Gracè est, Desolatur & Cadit, ἐρημεῖ, πιπλᾷ.*

18. Si autem & Satanás in seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ipsius?] *Etsi Gracè accusativus est, tamen ego per ablativum potius translatissem, In seipso divisus est: aut per accusativum, transferendo verbū ē verbo, super seipsum, ἐφ' ἑωτόν.*

35. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.] *Gracè est, Vide, sive Animadverte, nunquid lumen quod in te, tenebræ est, sive tenebræ sunt, τὸ φῶς τὸ εἰσ οὐ, σκότος δέιν.*

36. Et

36. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te.] *Sic reor fuisse transferendum, Ut dum lucerna fulgure, sive fulgore illuminet te, &c*
ὅταν ὁ λύχος τῷ ἀσεπτῷ φωτίζῃ. Non est enim Grace copula.

38. Phariseus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium.] *Quidam codices habent.*
Quare non lavatus esset. Gracè est, Pharisæus autem videns admiratus est, quod non prius lotus est, sive esset, sive baptizatus est:
ἴδιος οὐαίραις ἴδωρ, εθάμασες ὅπ. Nec naturalis sermo est interrogantis sic, Quare non baptizatus esset? sed, Quare non baptizatus est?

39. Quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate.] *Quod autem intus est vestri, dicendum fuit, non vestrum.*
De ipsis hominibus loquitur Dominus, non de eo quod est hominum. Nam aliud est Quod tui est, quam, Quod tuum est. Siquidem quod tui est, idem est, quod ex te est: tuum autem, idem est, quod ex tuo. Ita vestri & vestrum.
Nam alter genitivus pluralis significat passivè, ut in medio vestri vel nostri: alter possessivè sive activè, ut aliquis vestrum, aut aliquis nostrum: de quo latius in secundo libro de lingue Latina elegantia.

43. Væ vobis Phariseis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutatiōnes in foro. Væ vobis, qui estis ut monumenta.]

Tui.
Tuum.
Vestri.
Vestrum.

menta.] Non nihil nobis deest e Graco, quod hoc est, Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia estis ut monumenta, & à ūm yegu. *μαλής ή φρεσάνι ψωκεται, ὅπερ εστε.*

46. Quia oneratis homines oneribus que portari non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.] *Nescio cur interpres unum Gracum, φρέσια φρέσιοις, duobus nunc Latinis transtulit, Oneribus & sarcinas, qua nemo legentium pro eodem accipit.*

Ædem. 50. Qui periit inter altare & ædem.] *Ædem sive ædes in singulari vix reperitur sine certo nomine alicuius numinis, accipiturq; pro templo: ut in æde Apollinis, in æde Castoris: nunc Græcè dicitur planè domus, quod interpres dixit ædem, καὶ τόπος.*

53. Cùm hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisei & legisperiti graviter insistere, & os ejus opprimere.] *Pro tribus dictionibus nostris, Os ejus opprimere, unum est Gracum, στοσουμάτιζε: quod si una dictione transferri posset, diceretur interpellare, sive obstrepere, sive obloqui.*

C A P . XII.

1. **M**Ultis autem turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent.] *Græcè est, in quibus cum multa, sive permulta millia turbæ coacta sive congregata essent,*

εἰ δὲ ἐπωνυχθέσθαι μετάδων. Ideo dixi, sive permulta, quod Graci habent quod nos non habemus vocabulum; significans decem millia.

Cœpit dicere ad discipulos suos.] *Gracè est, Cœpit dicere ad discipulos suos primū, ἡρῷον Attendite à fermento Pharisæorum.] Gracè est, Attendite vobisipsis à fermento Pharisæorum: ἀποχετεύαντες.*

5. Ita dico vobis, hunc timete.] *Non est hoc adverbium Ita, comparationis, quo frequentissimè utimur, sed quo vulgus solet: quod ego nusquam legi, quòd sciam, Ita affirmatio- nis, ut si à me interrogatus, an ames regem, re- spondeas, Ita, vel sic: quod ab elegantibus eti- am, ut nonnunquam fit ab interprete, sicut o- stendi, quod Gracè dixi esse verù: ergo melius nunc dixisse interpreta, Utique, seu verè, seu certè.*

8. Omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei.] *Gracè est, Confitabitur in me: εἰ ἐποίησεν, item, Confitabitur in illo εἰ αὐτῷ. Qui modi loquendi quid differant, Graci Theologi declarant: quanquam & quidam nostri codices sic habent.*

15. Videte & cavete ab omni avaritia, quia non abundantia cuiusquam vita ejus est ex iis quæ possidet.] *Gracè non legitur. Omnis: quem locum ego sic transtulisse, Vi- dete & cavete ab avaritia, quia non in abun- dando*

dando cuiquam vita sibi est è facultatibus suis, οὐτὸς τοις πλεονεξίας, ἐπὶ ἡμῖν ἀντὶ τοις πειρασμοῖς πειρασμοῖς ζωὴν ἀντὶ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν παραχόντων αὐτῷ. *Dixi facultates, tem facultates eo modo, quo dixit interpres in epistola ad Corinthios, Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, καὶ χρήματα μου.*

19. Requiesce, comedere, bibe, epulare.] *Cum dictum sit, Comede, bibe, quid attinebat dicere Epulare? Ego potius transfluisse, Lætare, & φεγίσου quod verbum omnia vita oblectamenta complectitur, ut sit cum alibi, tum in Psalmo, Et vinum lætitificet cor hominis.*

Nam idem hic verbum est, ὅπαιρε. Idem in Luc. 15.23. collectum volo de sequenti: Adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & 24. *epulemur, ὅφεγθωμεν: & cœperunt omnes epulari, ὅφαιρεσθ.*

22. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives. Dixitque ad discipulos suos.] *Deest hoc apud nos: hæc dicens clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat: tum sequitur, Dixit autem ad discipulos suos: ταῦτα λέγω ἑρώντας, δέχεσθα αὐτὸν ακούετο. εἴτε δὲ. Sunt tamen Graeci codices, quibus hoc abest.*

24. Quibus non est cellarium neque horreum.] *Cellarium pro cella vinaria solet accipi, quod ad cornu, qui potant aquam, referri non potest: ideo ego dixisse Penarium, seu promptu-*

promptuarium : est tamen idem nomen quod superius transfertur cubiculum, ἡμέρα. Quāto magis vos pluris estis illis?] Quanto magis differtis à volucribus, dicitur Gracè: πόση μάλα οὐ μεῖς διαφέρεται τῷ πετεψώ;

39. Hoc autem scitote, Si sciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam.] *Ego sic transculisse, hoc est, sic transferendum prout fuisse : Hoc autem scite, quod si scisset paterfamiliâs qua hora fur venit, vigilasset, nec sivisset perfodi domum suam : τὸν δὲ μνήσκετε, ὅταν εἰ γέδει ὁ οἰκοδεσπότης, ποίησε ὥστα κλεῖσθαι τὴν δικούαντα.*

42. Quisputas est fidelis dispensator & prudens?] *Ego mallem dicere, sicuti testatus sum, Qui nam est? τίς αἴρει δέιν;*

49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?] *Gracè est, Et quid volo si jām incensus est? εἰ δηλώθη.*

52. Erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi.] *De hoc dixi superius, quod cùm dicatur Gracè, à nunc, et Ambrosius utitur à modo, ἵντε τὰ τῦν.*

53. Tres in duos, & duo in trés dividentur; pater in filium, & filius in patrem suum.] *Gracè est, Dividetur pater in filium, & filius in patrem: neque enim est suum. Ipsa lectio indicat non debere dici Dividentur,*

dentur, *cum dictum sit*, Erunt quinque divisi, *διαιωνισμοί*.

54. Statim dicitis, Nimbus venit.] *Magi responderet in voce, & perinde in sensu imber, quām Nimbus Græco ὥμερος*.

C A P. XIII.

9. **E**T si quidem fecerit fructum, fin autem in futurum, succides eam.] *Græcè non esse Sin autem, sed, Sin autem non, jam dixi, εἰ δὲ μή. Μέλις alibi per alioquin apud hunc Euangelistam, alioquin illo longè agente, εἰ δὲ μή. Caper sine nupti scribi alioqui, ut atqui.*
Luc. i4.32.

10. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis.] *Ad quid refert illud Eorum, cum certos non nominaverit superius, nec una erat synagoga? Grace igitur dicitur, Erat enim docens in una synagogarum in sabbatis, εἰ μὲν συναρχῶντες οἱ Καθάροι.*

10. Et ecce sunt novissimi qui erant primi, & sunt primi qui erant novissimi.] *Cum dixerit Dominus, Et uenient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei, etiam per futurum dixisset, Et ecce erunt, non per præsens, Ecce sunt. Dixit ergo de iis qui impræsentiarum erant ultimi & primi, quos futuros etiam dixit primos & ultimos. Nam ita legendum est,*
Et

Et ecce sunt novissimi, qui erunt primi,
et sunt primi, qui erunt novissimi,
atque ita omnis oratio de futuro est.

C A P. XIV.

14. **Q**uia non habent, unde retribuere
tibi] Abest à Graco Unde: & illud
Habent, accipitur pro Possunt, quod ego per
Possunt transfulissem.

C A P. XV.

8. **S**i perdiderit drachmam unam, nonne
accendit lucernam, & evertit domum,
& quaerit diligenter donec inveniat?] Ma-
nifestus librarij error, qui evertit pro everrit, Everro.
id est scopit, scripsit: oupoī.

14. Et postquam omnia consummasset, fa-
cta est fames valida.] Hoc vitium & Gram-
maticæ, & verbi improprij nemo non vides. E-
rat autem sic transferendum, Cùm autem is
omnia consumplisset, sive Postea vero quām
is omnia consumpsit, sive erogavit, dñm
q̄lq̄ dñs autē nātra.

17. Quanti mercenarij patris mei?] Etsi
Graci non habent Quot, non tamen non possu-
mus transferre per Quot illud Grecum, πόλεις.
Melius paulopost, Ecce tot annis servio tibi, v. 29;
nō dixit Tātis, nō aūta, sed de hoc dixi in Matt., Matt. 15, 39

20. Vedit illum pater ipsius.] Suus erat
melius.

C A P . X VI .

Hierony-
mus.

Villicus.

Villa.

Oecono-
mus.Oecono-
micus Xe-
nophontis.

2. Redde rationem villicationis tuæ, jam
enim amplius non poteris villicare.]
*Pro villicatione, Gracè est Oeconomia, οἰκονομία: pro villicare, δικονομία: & villicus oe-
conomus, οἰκονόμος. Non fuisse Hieronymum
utique, qui Novum Testamentum ita inter-
pretatus est, vel hinc patet, quod ad Algasiam
aliter hunc locum transfert, inquiens, Redde
rationem dispensationis tuæ: non enim ul-
trà poteris mea dispensare. Ergo commodum
vocabulum Dispensator quam Villicus. Te-
rentius Varro in libro de Agricultura inquit:
Villicus agri colendi causa constitutus, atq;
appellatus à villa, quod ab eo in eam con-
vehuntur fructus, & evehuntur cum vene-
unt. Ipse verò Hieronymus ait: Villicus pro-
priè villa gubernator est, à villa nomen vil-
lici accepit. Oeconomus non tantum frugum,
sed omnium quæ Dominus possidet, gubernator
est. Unde Oeconomicus Xenophontis pulcherri-
mus liber est, qui non villa gubernationem, sed
universa domus dispensationem Tullio interpre-
tante significat.*

6. Accipe cautionem tuam.] γεζμα.

7. Accipe literas tuas.] γεζμα. Cùm
Gracchus

Gracum sit idem, cur variauit interpres? Est enim Gracè literam sive scripturam, non autem cautionem, aut literas, quæ epistolam significant.

16. Ex eo regnum Dei euangelizatur.]

Gracè est, Ex tunc, sive à tunc, ἀπό τότε. Quemadmodum in Psalmo: Parata sedes tua ex Psal. 93, 26 tunc. Id ego transstulisse, Ex eo tempore,

22. Mortuus est autem & dives, & sepultus in inferno.

23. Elevans autem oculos suos.] *Si erat sepultus in inferno, qui poterat procul videre Lazarum cum Abraham, aut tollere oculos qui sepulti erant? Ergo sciamus in Graco esse, Mortuus est autem & dives, sepultusque, & in inferno elevans oculos suos, sive in inferno sublatis oculis suis, ἀνέδειπνος καὶ ὁ πλέσθη, καὶ ἐπάρθη, καὶ τῷ αὐτῷ πάρεγε τοῦ δοθαλμούς αὐτῷ.*

25. Fili, recordare quia accepisti bona in vita tua.] *Dicendum est, Quia accepisti tu bona tua in vita tua, ἀπέλαues Cū τὰ ἀγάθα C.*

26. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum, ut iij qui volunt hinc transfire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.] *Ego sic transferrem, Et super hæc omnia inter vos & nos abruptum magnum, sive hiatus, sive vorago magna firmata est, ut iij qui volunt transfire hinc ad vos, non possint, neque qui istinc ad nos*

transfretent. Et in his omnibus, Gracè dicitur, καὶ δὴ πᾶσι τέτοις. Chaos autem Gracè non legitur, sed chasma, χάσμα. Inde dicitur, εἰπεν, quod et si significat inde aut illinc, tamen nunc transferendum fuit Istinc: quod adverbium Graci non habent, & pro eo Illinc, sive Inde utuntur. Nos verò primæ personæ accommodamus Hinc, secundæ Istinc, tertia Illinc, sive Inde, ut in Elegantiis dixi. Transmeare Gracè est, διαμεγώσιν.

Hinc.
Istinc.
Illinc.
Inde.

C A P. xviii.

1. Quoniam oportet semper orare, & non deficere.] *Ego sic transferrem,* Oportere semper orare eos, & non fatigari, sive non succumbere malis, οὐδὲ τὸ δὲν πάγων τὸ οὐδοῦχοδὸν αὐτὸς, καὶ μὴ ἀνηκεῖν.

3. Vindica me de adversario meo:

4. Et nolebat per multum tempus.] *Gracè potius est,* Et noluit aliquandiu, καὶ ἀκριθέλαιον δὲν χείρον.

11. Non sum sicut cæteri homines, raptiores, injusti, adulteri, velut etiam hic publicanus.] *Incœperat loqui per* Sicut, ergo & hic sicut, non velut, dicendum erat, sic, Aut etiam sicut hic publicanus, nisi sint duas dictiones vel & ut, οὐκαὶ αἱ ἔτεραι οὐ τελόνες.

15. Afferebant autem ad illum & infantes,

tes, ut eos tangeret: quod cùm viderent discipuli, increpabant illos.

16. Jesus autem convocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite eos vetare.] *Ne quis putaret de eis apostolis dici, quod eos vocasset Jesus, ego sic unam mutassim dictioem:* Jesus autem accitis pueris, dixit: *περιελεγέντων αὐτῷ. Est enim et infantes, et pueri generis neutri, τὸ ζέφην, τὰ παιδία: ut unam ipse interpres addit, cum ait: Nuncia-* Luc. 24, 9. *verunt hæc omnia illis undecim, cum non legatur Gracè Illis.*

17. Quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit illud.] Velut puer, *dicendum erat, hoc est, velut puer esset;* nam sicut puer, *intelligitur sicut puer accipit.* *At qui non pueri utique accipiunt regnum, sed qui tanquam pueri sunt.* Neque enim Dominus dixit, horum, id est, puerorum, est regnum Dei, sed talium: *de quo differere Graci solent, qui habent bac duo nomina simillima, horum nuntiari, et talium nuntiari.*

C A P . XIX.

⁴ **Q**uia inde erat transitus.] Illac dicendū erat, *& sic Gracè habet, δι' ἀνθεψ.*

31. Sic dicetis ei, quia Dominus operam ejus desiderat.] *Ἄντος γέτειν εχει. Eadem verba paulopost aliter transferuntur:*

34. Quia Dominus eum necessarium habet. *Nentro in loco dictum est Operam, dicitur enim Gracè*, Quia Dominus eo opus habet : & hic, necessarium eum habet, pro necessitate eo habet. Sed potest videri recte circumlocutus interpres, quod ait, Quia Dominus operam ejus desiderat. *Cui simile est illud posterius*, Quid adhuc desideramus testimonium ? *τί ἐν χρείᾳ ἔχουσι μαρτυρίας ;* quod alii transstulissent, Quid opus habemus amplius testimonio ? *vel* Quid amplius necesse habemus testimonio ?

Luc. 22. 71.

C A P. XX.

1. **D**Ocente illo populum in templo, & euangelizante, convenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & ajunt ad illum, dicentes.] *Gracè est*, Ingrauerunt potius quam convenerunt, επίσημο.

6. Plebs universa lapidabit nos. Certi enim sunt Joannem Prophetam esse.] *Hoc ergo non dixit*, Certa enim est, ut est Gracè ? et si potius dicitur Populus, quam Plebs : nem tam certus est, quam persuasus est, hoc est, persuasum habet, πεποψίς ο γάρ διπ

C A P.

C A P. XXI.

19. IN patientia vestra possidebitis animas vestras.] *Non est futuri temporis, nō nouāg, nec tā possidere nunc significat, quām obtinere, seu adipisci, seu potiri. Itaque dixisem,* In patientia vestra obtinetе animas vestras.

33. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.] *Ut dixi in Marco, Gracē est, Cœlum & terra transibit,* Marc. 13. 31 Καὶ οὐτοί.

38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.] *In auditum mihi verbum est Manicare, quo nusquam alibi utitur Manicare;* Psal. 63. 2. *interpres, & nescio cur non circuivit, ut fit in Psalmo:* Deus Deus meus, ad te de luce vi-
gilo, ὥσπερ. *Nam idem est hic verbum, ὥσπερ-*
ζε, quod multis modis dicere licebat, vel manē
veniebat, vel matutinis, vel sub auroram,
vel diluculo veniebat.

C A P. XXII.

22. Per quem filius hominis tradetur.] *Gracē est traditur,* καὶ διδιδοῦ.

25. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos.] *Di- cendum fuit Earum, & eas. Decepit autem*

pretem genitivum *Grecus*, qui est omnis gentis, autem, & gentium, quod est neutri, Εθνῶν.

31. Expetivit vos ut cribraret sicut triticum.] Non cribrat *Satanas* triticum, ergo velut triticum fuit descendum.

40. Orate ne intretis in temptationem.] Videlur Dominus jubere discipulos orare, ut orando non intrent in temptationem. At ille jubebat hoc ipsum orare, ne intrarent in temptationem. Quare ad lucem orationis poterat sic transferri: Orate hoc, ne intretis in temptationem, οὐρανοῦ χειρὶ μὴ εἰσελθεῖν τοῖς περιεργοῖς: vel, quō ad verbum transferam, orate non intrare in temptationem. Secus autem paulopost,

46. Orate ne intretis in temptationem: hoc enim non per infinitivum dicitur, sed per imperativum, οὐρανοῦ χειρὶ μὴ εἰσελθεῖν τοῖς περιεργοῖς. Quod erit, ut arboror, accipiendum in eandem quam dixi sententiam: neque enim Dominus nunc diversa præcipiebat. Nec erat dicendum, ne Apostoli omissa oratione dormientes incidenter in temptationem, sed ne personarum cordiam, quia dormiebant, non impetrarent, ne paulopost ad adventum Iudaorum, & pastores suo capto, ipsi intrarent in diaboli tentationes, præsertim Petrus, quem cum duobus filiis Zebedai Dominus ad locum orationis se converat, & quem tentatio abnegandi Domini manebat. Idem dico de hoc loco apud alios Evangelistas.

59. Et

59. Et intervallo facto quasi horæ unius.] *quam finem facio notandi, quoties proferè ponit interpres quasi, οὐσία.*

67. Si vobis dixero, non creditis mihi:

68. Si autem & interrogavero, non respondebitis mihi, aut dimittetis.] *Grace est,*
Non credideritis, & non responderitis mihi, aut dimiseritis, *πειθῶντες, ἀποκεθῆτε μοι, οὐ πολυόντες.*

C A P. XXIII.

16. **E** Mendatum ergo illum dimittam.]
παιδίος. Et mox,

22. Corripiam illum & dimittam, *παιδίος. Cūm idem utroque sit verbum Grace,*
utram melior dicetur translatio? prior quidem,
quia caret copula: posterior autem, quia invi-
tus quis corripi potest, emendari non potest. *Corripere.*
Præterea Pilatus hac loquens, de verberibus Emendare.
sentit, non de verbis. Ergo utrumque locum i-
pse translatissem sic, Castigatum ergo eum di-
mittam: sive, Cūm igitur castigavero, eum
dimittam. Nam castigare tum verbis est, tum Castigare.
verberibus.

23. Et invalescebant voces eorum, &
Pilatus adjudicavit.] *Grace est, Et invale-*
scebant voces eorum, & principum sacerdo-
tum: Pilatus autem. Κατέχουσαν τοις αὐτοῖς
καὶ οὐδὲ προχειρέαν. οὗ Πιλάτος.

xxiii. 29. Beatæ steriles, & ventres quæ non
genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt.]
Quæ non lactaverunt, generis neutri est, quip-
pe cum referatur ad ubera, quæ non lactave-
runt, qua Gracè sunt generis masculini, ἡ μα-
στοὶ οἱ ἐν ἔθναις. Cur non ergo, & ventres qui,
dicitur? Credo interpretem deceptum, quia
ventres Gracè generis est fæminini, κοιλίαι.

31. Quia si in viridi ligno hoc faciunt,
in arido quid fiet?] In humido dicendum est
potius, quam in viridi: & fiat, non fiet: ὑγρῷ
ξύλῳ ταῦτα ποιῶν, εἰ τῷ ξηρῷ τί γένεται;

v. 32. 33. Ad locum qui vocatur Calvariæ.]
Gracè est Calvaria, καλβαρίον. Ibi cruciferunt
eum, & latrones.] ἡ Λός κακέρυξ. Quid sibi
vult bac verborum mutatio, ut nunc dicat la-
trones, quos paulo ante dixit nequam? Et alii
duo nequam, κακέρυξ, cùm præsertim non sit
nunc nomen latronum, sed noxiorum sive son-
tium, sive facinorosorum. Itidem paulopost.
v. 39. Unus de iis dependentibus latronibus, κα-
κέρυξ.

35. Erat autem populus expectans.] Spe-
ctans sive inspiciens legendum est: θεωρῶν.

40. Quod in eadē damnatione es.] Gracè
est, quod in eodē judicio es, εἰ τῷ αὐτῷ κείματι.

Ecc 24 20. Et iterū, In cōdēnatione mortis, εἰς κεῖμα. Et
posuit eum in monumento.] Disendū fuit, Et
posuit id, sive illud, generis neutri est, ἀντὸς,
sicut illud, & depositum, ἡ ρθελὼν ἀντό.

C A P . XXIV.

1. **V**Na autem sabbati.] Sabbatorum legendum est, οὐκ οὐδέποτε.

2. Portantes quæ paraverant aromata, & invenerunt lapidem revolutum.] Gracè est, Portantes quæ paraverant aromata, & quædam sive nonnullæ cum eis, invenerunt autem lapidem: καὶ πνευμὸν ἀνταῦτος, ἐν πόρῳ δι.

6. Recordamini qualiter loquutus sit vobis.] Gracè est, Et recordamini, quod loquutus est vobis, vel ut loquutus est vobis, ὡς ἐλάλησεν.

22. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos.] Gracè est, Stupefecerunt, vel attonitos fecerunt nos, ἀγένθων.

26. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?] Non est Gracè ita, sed tantum, Et intrare in gloriam suam.

36. Pax vobis, ego sum, nolite timere.] Gracè non legitur, Ego sum, nolite timere.

42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis.] Quid opus est addere mellis, cum favus omnis sit mellis? Gracè est, Et ex melleo favo, οὐ μελαστεί καθείτι, sive ex apario favo.

43. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis.] Gracè aliter legitur,

Ca. xxiv LAUR. VALLÆ COL. IN LUCAM.

*gitur, Et assumens, sive assumpto coram illis, comedit: dixit autem eis, ἦ λαβὼν ἐσά-
πον ἀυτῷ ἔφαγες.*

45. Tunc aperuit illis sensum, ut intel-
ligerent scripturas.] *Ad verbum sic transfor-
retur, Tunc aperuit eorum mentem ad in-
telligendas scripturas, ἀντὶ τοῦ γὰρ τὸς Κωνσταν-
τίου γραφῶν.*

47. Incipientibus ab Hierosolyma.] *Et
clarius & verius effet, incipiendo ab Hierusa-
lem: ἀρχαῖον λόγον εργούμενον. Nam Hiero-
solyma singulariter non reperitur.*

52. Et ipsi adorantes, regressi sunt in
Hierusalem.] *Cur non potius, Etcùm ado-
ravissent? φρονκισθέντες.*

Hierololy-
ma.

**LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN LUC.**

FINIS.

IN



IN EUANGELIUM
IOANNIS
COLLATIONES
LAURENTII VALLÆ.

CAP. I.

1. N principio erat verbum,
& verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum:

2. Hoc erat in principio apud Deum.

3. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est.] Sic legunt Graci nunc, & ajunt, autore Joanne Chrysostomo, ut ab hoc loco distinguatur sententia sequens, In ipso vita erat. *Quod si ita est, fructu[m] disputant, qui volunt Nihil accipi pro Peccato, sive pro malitia, quod ab altero traditum Hieronymus non probat, & nihil ineptum in primis videatur, Illud autem.*

non indignum est admonitione, non idem verbum Græcè esse ut apud nos, Factum est, sed duplex, ἔγγειον, quod postea transfertur Fuit, cum dicitur, Fuit homo: alterum γένος, quod ego transferrem Extitit, quod verbum non jungitur cum participio more verbi substantivi, significatq; evidenter Fuit, vel Prodiit, ut cum dico: Post Socratem Plato extitit praeceptor.

6. Fuit homo missus à Deo , cui nomen erat Joannes.

7. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.

8. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.] *Non potest subaudiri Erat, potius quam Fuit, quia Græcè legitur, Nomen ei Joannes, ὄνομα αὐτῷ Ιωάννου. Ceterum cum non reformidet interpres iterationem ejusdem nominis, dicens : In testimonium, ut testimonium, quod Græcè non fit, ἵνα μεγνήσῃ, id est, ut testificaretur: cur reformidavit dicere de luce, Et non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet, sive ut testaretur de luce ? ne lectorem addubitat cogaret, ne dicam errare, in luce & lumine, tanquam diversis, que uno dicuntur Græcè vocabulo, τὸ φῶς, τὸ φῶτος.*

10. In mundo erat , & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit.

11. In propria venit, & sui eum non re-
ceperunt.

12. Quotquot autem receperunt eum.] Ad quid refertur Eum? certè ad verbum: ergo id vel illud dicendum fuit. Decepit interpre-
tem genus masculinum hujusipius pronominis
autòr, quod refertur ad verbum masculini a-
pud illos generis, *λόγος*. Qui credunt in no-
mine ejus.] Gracè est, In nomen ejus, *eis* rò
ōroua autē. Et iterum postea: Multi credide- *Ioh. 2, 23.*
runt in nomine ejus, videntes signa ejus que
faciebat, *eis* rò ōroua autē. Neque hic solum,
sed ubique. Neque hoc dico, ut sentiam cum
quibusdam, qui volunt aliud esse in Deum cre-
dere, & in Deo, vel ob hoc quod semper Gra-
ci per accusativum loquuntur, que nostri nunc
per accusativum, nunc per ablativum transfe-
runt, utrumque modum apud Latinos insec-
tum, ut nequeas de ipsorum differentia disputa-
re, quod liquet vel ex eo loco qui non longè pòst
sequitur: Ut omnis qui credit in ipso, non *Ioh. 3, 15,*
pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim *16.*
dilexit Deus mundum, ut filium unigenitum
daret, ut omnis qui credit in eum, non pere-
at, sed habeat vitam æternam. Non enim *17.*
misit Deus filium suum in mundum, ut ju-
dicet mundum, sed ut salvetur mundus per
ipsum. Qui credit in eum, non judicatur, qui
autem non credit, jam judicatus est, quia nō
credit in nomine unigeniti filij Dei. En qua- *18.*
1807.

- Cap. I.** LAUR. VALLÆ COLLAT.
- Credere Deo, & in Deum.** tuor loca, quorum duo per accusativum, tandem per ablativum interpres extulit, ut mihi videtur, magis affectatè quàm severè, cùm sint, ut dixi, omnia Græcè per accusativum. Ac ne illud quidem ausim dicere, aliud esse credere Deo, & credere in Deum, cùm videamus ita scribi in sequentibus, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi? En credamus tibi, id est, in te, quod comprobant loca superiora illa: Amen Amen dico vobis, qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Et non multo pòst: Quia quem misit ille, huic vos non creditis, videlicet in hunc vos non creditis. Quid autem credere Deum? idémne est quod credere Deo, & in Deum? Non quidem idem est, sed in idem recedit. Nam si credam Dcun esse, aut Jesum esse Deum, nimirum ei & in eum credam, quod vel il-
- Ioh. 6. 36.** lud ejusdem loci probat: Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. Nempe non creditis me esse filium Dei & Christum, quem si Iudai credidissent, quid ni satis habuissent, & fideles fuissent? ut in act. Apostolorum Eu-
- Aet. 8. 37.** nuchas: Credo Dei filium esse Jesum, id est, credo in J esum Dei filium. Et iterum pos-tea, Hæc illo loquente, multi crediderunt
- Ioh. 8. 39.** 38. in eum. Dicebat ergo Jesus ad eos qui crediderunt ei Judæos,

13, Ne-

13. Neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.] *Potius est geniti sunt, ἐγενέθνος.*

14. Et vidimus gloriam ejus quasi unigeniti à patre.] *Non implet veritatem gloria dictio Quasi, ut dictio Velut, vel Tanquam, vel quæ maximè Græco respondet, ut, ὡς Quasi Quasi enim, imitationem significat, non veritatem, ut: Tù ambulas quasi rex, cum dico, Regem te non esse significo. At ambulas velut rex, velut tanquam rex, ut rex, non utique nego re esse Tanquam regem. Ergo non quasi unigeniti dicendum, fuit, sed aut velut, aut tanquam, aut ut unigeniti. Neque verò unigenitus à patre, sic accipiendum est, ut sit à patre genitus: quia Græcè non est partu ipiū unigenitus, μορογένες, quod Latinè dicitur Unici (unicus enim auctor qui unus filius patri est filius) sive unigenii, sicut primogenii dicuntur. Neque ea præpositio est, qua verbis aut participiis passivis applicari solet, τιμητική. Ergo sic intelligendum, ac si diceretur: Et vidimus gloriam ejus veluti unigeniti, sive unici, sive unigenii: gloriam à patre, quod videlicet intelligatur gloria esse à patre. Plenum gratiæ & veritatis.] *Plenū non, ut plerique putant, accusativus est casus, sed nominativus: ut Græca veritas probat, μορογένες, hoc est, Verbum caro factum est, plenum gratiæ & veritatis. Est autem Græcè generis masculini, ut dixi, verbum, quod miror non potius fuisse**

sermo Dei, translatum per idem genus, id est, per sermo-
Nam & hoc vel magis significat, quam ver-
bum, & commodius est masculinum genus, cum
de filio Dei & de Christo loquimur, quam neu-
trum.

15. Hic erat, quem dixi, qui post me
 venturus est, ante me factus est.] *Quomodo*
venturum esse, quem dicit stetisse in medio il-
 v, 26. *lorum?* Medius autem vestrum stetit, quem
 30. vos nescitis. *Et iterum apertius,* Hic est, de
 quo dixi, Post me venit vir, qui ante me fa-
 ctus est: non dixerat Venit, sed venturus est.
Sciamus ergo non solum Venit esse praesentis
temporis, ἐπχειρί, sed hujus temporis illud esse
participium Gracè, ἐπχούστρο. Ergo dicendum
erat, Qui post me veniens, ante me factus:
sed filius Dei non fuit factus. Ego, ne multis di-
sputem, dixisse, Qui ante me genitus est;
nam & hoc significat γέγενεν, sive extitit. Et
Extitit.
Fuit.
enim extitit penè quod prodiit, differtque à
fuit, quia, ut dicimus, genitus fuit, aut fa-
ctus fuit, ita non dicimus, genitus extitit, aut
factus extitit: et si hoc genere sermonis pleros-
que nunc videamus utentes.

29. Altera die vidit Joannes Jesum ve-
 nientem ad se.] *Non implet veritatem Gra-*
cam Latinum nomen, altera die, Τὴν εἰπειν.
quod transferretur, postera die, sive postri-
die. Nullus enim dies intercessit inter eum, quo
Phariseis & Levitis illa respondit Joannes, &
quo

quo dixit hoc. Idem dico de loco qui paulopost sequitur:

35. Altera die iterum stabat Joannes & exdiscipulis ejus duo,

36. Et respiciens Jesum ambulantem, dicit } *Non est Gracē Respiciens, sed inspi- ciens, seu potius intuitus, ἐμβλέψας, ut ipse in- terores paulopost dixit, Intuitus autem eum v. 403* Jesus, dixit, Tu es Simon filius Jona, tu vo- caberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

39. Ubi habitas?

40. Dixit eis, Venite & videte. Ve- nerunt & viderunt ubi maneret: apud e- um manerunt illo die.] *Nescio cur ita dele- etetur interpres in varie efferendo eandem Gre- cam vocem. Cur enim dixit, Ubi habitas? & non potius, Ubi manes? cum sequatur, Et viderunt ubi maneret, & apud eum manse- runt? Nam Grace dicitur, Ubi manes? 403* pīr̄s, quod, et si pro eo quod est Ubi habitas, ac- cipi potest, tamen non fuit causa cur dictio mu- taretur, ut dixi.

44. In crastinum voluit exire. } *Idem ait nunc in crastinum, quod superius altera die, T̄x iωωέων.*

52 Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum } *Deest una dictio, ut sit, A- men amen dico vobis, deinceps videbitis cœlum apertum, ἀπ' ἀρι-*

C A P. III.

3. **N**isi quis natus fuerit denud, non potest videre regnum Dei.

4. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cùm sit senex? nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci?

5. Respondit Jesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

6. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.] *Ego malnissim transferre, Nisi quis genitus fuerit: & Quomodo potest homo gigni? & ita deinceps: non modo quia Gracum est genitus & gigni, γεννθη, γεννθηναι, sed etiam si Gracem anceps esset significatio: quia cù dicitur Nasci, videtur res tantum ad matrem referri: cùm verò generari, ad utrumque parentem refertur.*

7. Spiritus ubi vult spirat.] *Cur non quod?*

8. Tu es magister in Israël.] *Tu es magister Israël, hoc est, Israëlis, Gracem dicitur, επιρρεγή.*

Nasci.

Generari,

C A P.

C A P . IV.

4. **V** ergo cognovit Jesus quia audie-
runt Pharisæi, quia Jesus plures di-
scipulos facit.] *Gracè est, Ut ergo cognovit
Dominus, ὃς ἐγώ ᾁ νύετο.*

10. Siscires donum Dei, & quis est qui
dixit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan pe-
tisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.]
*De hoc jam dixi in superioribus, interpretem
nunc addere affirmativam dictio[n]em Utique,
nunc dubitativam Forsitan, quarum neutra
ad rem pertinet, quod ex ipsa loci hujus inspe-
ctione agnoscamus licet. Si hac mulier sciret
donum Dei, & quis sibi diceret, Da mihi bibe-
re, quid dubij est eam petituram fuisse aquam
à Deo? Aut si dubium sit, illud certè dubio-
um non est, Deum fuisse daturum illi aquam
vivam. Nam eadem ratione dicitur Gracè De-
disset quâ petisses, Κύριε ή θεος αὐτός, καὶ εἰδωκα
εἰς οὐδὲν ζῶν. Sed interpres facto suo diffidens
non repetit in hoc verbo Forsitan, quod aut
repetendum erat, aut superiori verbo non ac-
commodandum.*

11. Dicit ei mulier, Domine, neque in
quo haurias habes] *Latinus fuisse sine pre-
positione, neque quo haurias. Ideo autem cir-
cuzione est usus interpres, quia non habuit ad
manum vocabulum proprium Greco respon-*

Cap. V.
& VI.
Haustrum.

LAUR. VALLE COLLAT.

*dens. Et haud siro an unum sit, nisi illud quo
Lucretius utitur, Haustrum: nam hauritorium
parum mihi midum videretur Grace enim
dicatur, neque haustrum habes, ἀντλημα.*

C A P. V.

2. **E**st autem Hierosolymis super probatica piscina, quæ cognominatur Bethesda, quinque porticus habens.] *Ego ad zollendam ambiguatem dixisse, Est autem super probatica Hierosolymis piscina: quoniam piscina nominativi casus est, probatica ablative, quod significat ovilla, sive, ut ait Hieronymus, pecunialis, διὰ προβατηγή*

4. *Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat.] Primus est Grace πρὸς Θεόν. Et ita ratio postulat ut dicatur, Non prior, cum plurimi essent languentes.*

46. *Si enim crederetis Moysi, forsitan crederetis & mihi.] Forsitan supervacuum est, εἰ γὰρ οὐδέποτε Μωϋσῆς δέξεται εποίησε.*

C A P. VI.

11. **A**ccepit ergo panes Jesus, & cum gratias egisset, distribuit discubentibus: similiter & de piscibus, quantum volebant.] *Ut apud carceros Evangelistas, ita apud*
prisonas

Ioannem res gesta narratur: Iesum dedisse panem non turbis, sed discipulis, & discipulos turbis. Sic enim est Græcè, Accepit autem panes Jesus, & ubi gratias egit, distribuit discipulis, & discipuli discubentibus: ἐλαβε τοὺς ἀρρένας ὡς Ιησοῦς, καὶ ἀχαριστίους διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς αὐτούμνοντις.

13. Et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum.] *Græcum genitivum reliquit interpres: ego dixisem Fragmentis.*

16. Ut autem fero factum est.] *Ego dixisem Serum, ut apud Titum Livium: Serum Serum ab erat diei, Nam hoc fero, hujus fero, vox ab surda est.*

45. Et erunt omnes docibiles Dei.] *Quidam codices habent, διδακτοὶ θεῶν, quidam διδακτοὶ θεῶν, quorum mihi videtur verius esse διδακτοὶ, cùm dicatur ad Thessalonenses: Ipsi enim vos à Deo didicistis, ἀντὸν γάρ οὐκέτι θεοὶ διδακτοὶ εἰσέτε. Nam eundem prophetæ locum à Paulo repetitum opinor, qui à Christo nunc repetitur. Qui locus Pauli, et si recte translatus est, tamen ad verbum sic diceretur: Ipsi enim vos à Deo docti estis, ut ad Corinthios: Non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus sancti, διδακτοῖς. Ut de Græco autoritatem repetam, Homerus 22. Odyssæ libro: ἀντὸν διδακτοὶ οὐκέτι, θεῶν δέ μοι εἰς φρεστινούς παντοῖς ἐνέφουσα. Sed redeo ad docibilem, si fortè hic locus legendus est, διδακτοῖς.*

s. Tim. 2.24

Docibilis,

s. Tim. 3.2.

Atque etiam si ita legendum est in epistola ad Timoth. Servum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem. Hunc locum transfert interpres Docibilem. Quid autem per hoc nomen intelligat, indicat e priore ad Timoth. epistola, inquiens: Pudicum, hospitalem, doctorem, διδάκτορα: cum quo non videtur sentire Cyprianus, qui ait: Docibilis autem ille est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Ego hoc vocabulum, εἰσὶ Priscianus ad artem refert, quia apud bonos autores non inventi, quod meminerim, inexpositum relinquo. Certè Gracum Hieronymus cum hunc locum super epistola ad Timotheum tractat, ita ait διδάκτορα, qui possit docere, non ut interpretatur Latina simplicitas, docibilem.

Ex eo:

66. Ex hoc multi discipulorum ejus abi-
erunt retro.] Nunc ad verbum translatio fa-
cta est, sententia autem est. Ex hoc tempore,
quod ego dixisem Ex eo, ex r̄t̄s. Nam ex eo,
pro ex eo tempore reperi. Quintilianus De-
nique ex eo inopiam tibi objicio, ex quo
propter te tuli.

C A P. VII.

3. **D**icunt autem ad eum fratres ejus.] *Ei statim post,*
 5. Neque enim fratres ejus credebant in

in eum. Scio supervacuum esse repetere, ejus dictum esse pro sui, sed frequentius noto, quod doleo me hoc crebro usū interpretis dñi fuisse deceptum.

8. Vos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est.

9. Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa.

10. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.] *Cur negavit se Iesus ascensurum ad diem festum, cùm esset ascensurus, quasi mentiretur? Sciamus igitur Græcè legi, Ego nondum ascendo ad diem festum hunc, ἐγὼ δὲ πολὺ πρότερον.*

12. Et murmur multus de eo erat in turba.] *Aut rumor multus translulit interpres, aut ideo dixit multus pro multum, nisi forte culpa librarij est, quia murmur generis est apud Græcos masculini, & ex consequenti mul-* Murmur.

tus, γυναικῶν πολύς.

14. Jam autem die festo mediante.] *In solens sanè lērmo est, & penè barbariam olens, pro in medio festo, vel circa medium festi, sic dicere die festo mediante, quod ego nunquam nisi ē Græco intellexisse, nō dñs ē op̄t̄ns p̄s̄t̄ons.*

24. Nolite iudicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.] *Quia voca-*

bulum illud quod significat personam, & potest & solet transferri facies, ideo nunc ne illud significare facies videatur, transstulissem hoc secundum aspectum, quod etiam magis Graeco responderet, iact' öfiv.

29. Ego scio eum, & si dixerim quia ne-
scio eum, ero similis vobis, mendax; & scio
eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

30. Quærebant igitur eum apprehendere.] Septem Graeca exemplaria legi, in quorum singulis ita scriptum est: Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ille me misit. Quærebant igitur eum apprehendere. ἐγὼ διδαχοῦ, οὐ παρὰ ἀνθρώπῳ, πάκτων Θεού διδάσκων. ἐγίνονται. Cetera verba absunt, neque à Gracis exemplaribus tantum, sed etiam à plerisq, Latinorum. Ergo non hoc loco, sed posterius sunt illa verba, Et si dixerō quia nescio eum, ero similis vobis, mendax.

C A P • V I I I .

9. **A**udientes autem, unus post unum ex-
hibant, incipientes à senioribus.] *In
plerisque codicibus Gracis legitur*, Illi autem
cùm audissent, & à conscientia reprehensi
exibant. *Illi*nd autem, Unus post unum, au-
sim affirmare à nemine unquam Latinorum,
antea dictum, quod nec ad verbum Græco re-
spondet; quod ego dixissempotius viritim vel
figilla-

sigillatim, vel separatis singuli: οἱ ἃ καταστά-
τες ἐν τῷ τοῦ Χωρὸν εἰς χόντροι, ἐξηρχόνται
καθεῖς.

19. Si me sciretis, forsitan & patrem
meum sciretis.] Jam dixi supervacuum esse
illua forsitan, vix deceat Deum loqui per dis-
putationem. ἡ τὸν πατέρα με ὑδεῖ τὸν.

25. Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit
eis Iesus, Principium, qui & loquor vobis:

26 Multa habeo de vobis loqui & judi-
care.] Melius in suis editionibus legitur, ubi scri-
ptum, Quia & loquor vobis, vel etiam quod.
Plerique autem hunc locum accipiunt, Iesum in-
terrogantibus Iudeis quis esset, respondisse,
Ego sum principium, ideoque corruperunt
quia in qui. Hos animadvertis Augustinus
errare, quia nunc principium non est casus no- Principium
minativi, vult per accusativum fuisse respon-
sum, quasi suppleatur, Dico me esse princi-
pium Ipse tamen viderit quo patto aut id sup-
pleri possit, aut interrogantibus Quis es, rectè
respondeatur per accusativum, aut illud Quia,
ad principium accommodari queat. Non est er-
go accusativus, nominativusque, et si vocem ean-
dem habet, sed adverbium: quemadmodum a-
pud nos Primum, dum est adverbium, nullus Primus
casus est, ex principio, ut apud Vergilium: Principia,
Principio maria ac terras. Ergo transferencem
fuit, primum vel jamprimum, vel prin-
cipio, quod forte est de verbis Euangelista, ut
sunt.

fit, Dixit eis Iesu principiò. Ocio sum fuerit exempla è Gracis voluminibus repetere, in quibus adverbialiter positum reperitur, Ilù ὥχλω, quod vel mediocriter doctis Gracè notum est.

27. Et non cognoverunt, quia patrem ejus dicebat Deum.] *Melius alij codices habent, Quia patrem, & sine illo Deum, ἐν τῷ πάτερι ἀνὴρ οὐκ εἶπεν.*

39. Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.] *Gracè et si particula ἦν deest, tamen ita transferendum fuit, Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ faceretis : εἰ τέων οὐ Αβραὰμ οὐκ εἴη, τὰ ἔργα τοῦ Αβραὰμ ποιοῖτε. Releque sequitur:*

40. Nunc autem quæritis me interficere. *Quæ sententia aliter non haberet locum.*

42. Si Deus pater vester esset, diligenteritis utique me.] *Ut superius Forsitan, ita hic supervacuum est Utique. Eadem enim est figura dicendi.*

C A P. IX.

2. **M**agister, quis peccavit, hic aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?] An parentes ejus, *transferendum erat. Non enim querunt discipuli, an hic, seu parentes ejus peccaverint, an non, quasi dubitarent an aliquis peccasset, sed tanquam pro cereo haberent aliquem peccasse, quippe cum dicant, Quis peccavit?*

cavit? non autem, num quis peccavit? Interrogant, Quis nam ille peccavit, ipse, an ejus parentes? Quia autem sit inter An & Aut differentia, alio in opere explicavi, quam differentiam Graci non habent. Elegant. I.
14 c, 17+

7. Vade lavare in natatoria Siloë.] *Gracè est potius*, Vade lavare, sive vade lotum in piscinam Siloë sive Siloam, ὑπαγεῖς τὸν καυματίθητας. Nam et si ambiguum est, an dicatur, Vade, lava, an vade lotum, tamen si foret imperativum, addidisset potius copulam, Vade & lava. Postremò casus accusativus est in piscinam, et si pro ablativo, sive more Graco pro dativo accipitur. Probat autem meam sententiam illud quod sequitur,

11. Et dixit mihi, Vade ad natatoria Siloë, & lava. Neque refert quod illic dicatur In, hic ad, nam Gracè hic est In, εἰς.

17. Tu quid dicas de eo qui aperuit oculos tuos?] Quid legendum est, non qui, aut potius quod: nam semi barbarum mihi videtur dicere: Credo quia Jesus est filius Dei, pro quod est. 8n.

21. Ipsum interrogate, aetatem habet, i. pse de se loquatur.] De se loquetur, legendum est, λαλήσει.

31. Scimus quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, hunc exaudit.] *Ludere mihi in re gravissima, & quidem frequenter videtur interpres: quid enim attinebat*

nebat nunc transferre per audit & exaudit
eandem Graciam vocem: οἰδαμον ὅπα μαρτυρῶ
& θεός εἰπεν τέλον ἀνέσ.

33. Nisi esset hic à Deo , non poterat
facere quicquā.] Sicut dixit pro Erat, Esset,
cur non esum pro poterat , ήδωπον , possit
quæ sententia multo melior est , ne videamur,
nescio quando Jejum potuisse dicere potius
quam nunc posse. Et certè per subjunctivum
semper hunc Gracum loquendi modum solemus
transferre, non per indicativum.

C A P. x.

I3. M^rercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus] εἰ μέλει αὐτῷ. *Itidem posteriorum:*
Joh. 12. 6. Non quia de egenis pertinebat ad eum , εἰ μέλει αὐτῷ. *Melius in Actis Apostolorum:* Et nihil horum Gallioni curæ erat, εἴλεος. *Ita h̄ic dicendum:* Et non est ei curæ de ovibus:
A&. 18. 17. Et, Non quia de egenis ei curæ erat. Nam aliquid esse aliquid curæ esse , sive me aliquid curare , & id ad me pertinere, docet Menedemus ille Terentianus, cùm inquit: Tantumne ab re tua tibi est oīij, aliena ut cures quæ ad te nihil pertinent?

Curæ esse.
Curare.
Pertinere.

Heaut. act.
z. seen. r.

16. Et fiet unum ovile, & unus pastor.]
Potius unus grex , τοίμην. Num ovile, quod solens repetitur superius, dum dicitur , quod est

*est aula, quod interpres transfert alibi atrium: Matt. 26.31
ergo illud locum significat, hoc gregem.*

29. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est.] *Hoc vitium è librario, aut è temerario aliquo emendatore venit: quoniam Græcè dicitur, Pater meus, qui dedit mihi, major omnibus est, ὁ πατήρ μου ὁ δέσμος μου, μειζὸς τὰ γράμματα ἡσί.*

CAP. XI.

11. **I**Nfirmitas hęc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eum.] *Melius legitur in codicibus, qui habent per eam, διάφορον.*

16. Eamus & nos, & moriamur cū eo.] *Melius in nonnullis codicibus legitur, Ut moriamur cum eo, ιντα.*

19. Multi autem ex Judæis venerunt ad Martham & Mariam.] *Græcè est, Ad eas quæ erant circa Martham & Mariam, οἵτις Τὰς φειδεῖ Μαρθὰν καὶ Μαριὰν.*

CAP. XII.

7. **S**inite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud:

8. Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.] *Quia in numero plurali de pauperibus dicitur ad*

ad multos, ideo quidam plurali numero scribunt Sinite pro sine, ἄρες. Ad fidum enim solum loquutus est. Negre legendum est, Ut in diem sepulturæ meæ servet illud, sed in diem sepulturæ meæ, sive tumulationis meæ servavit illud, εἰς τὸν ἡμέραν τὴν φιασμὸν μεταφέρειν αὐτόν. Nam habetis, non habebitis utronque legendum esse, in superioribus admonimus.

20. Erant autem quidam Gentiles, qui ascenderant, ut adorarent in die feito.] *Non est nunc vocabulum illud quod propriè significat Gentiles, Ἕθνης, sed quod significat Ioh. 7. 35. Græcos, Ἕλληνας: quemadmodum superius, Nū quid in dilpersione gentium iturus est, & docturus gentes? Ἕλληναν, Ἕλληνας. Hellenes enim græcè vocantur, non Græci. Aristoteles autem in libris de cœlo, tanquam rem parum notam, ait olim fuisse vocatos γῆραις, id est, Græcos, qui nunc dicuntur Hellenes. Nisi hoc nomine accipimus omnes, qui ejusdem, cuius Graci, religionis erant.*

32. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.] *Miror Augustinum, qui nonnunquam sôlet Græca testari, ita dicentem: Non autem dixit omnes, sed omnia. Imò si Græcam veritatem consulas, omnes dixit Iesus, non omnia, τάρτας. Nemo Græcorum aliter unquam legit.*

35. Adhuc modicum lumen in yobis est.] *Græce*

Gracè est, Adhuc modico tempore, sed per accusativum casum, μηρὸν χέρον. Quod si accipiatur modicum pro modico tempore, obscura effecta sententia est, quibusdam accipientibus modicum luminis in vobis est, qua obscuritas non cadit in illum locum, Modicum &c non Ioh. 16.16. videbitis me, & tamen unum Gracè est non men, non duo, μηρόν. Neque vero dicitur, In vobis est, sed vobiscum est, μὲν υμῖν.

C A P. XIII.

1. **A** Nte diem festum paschæ sciens Jēsus, quia venit ejus hora.] Sua hora dicendum fuit. Non enim idem nobis licet quod Gracis: αὐτῆς.

8. Si non lavero te, non habebis partem mecum.] *Gracè est, Non habes, ἔχεις.*

21. Cūm hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit.] *Gracè legitur, Testatus est, ἐμαρτύρησε.*

26. Ille est, cui intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iude Simonis Iscariotæ:

27. Et post buccellā, tunc introivit in illum Satanas.] *Iesus ait de pane dando, & panem dedit. Cur postea legimus bucellam, quasi alia res significetur? Sciamus interpretem hoc fecisse, ut semper sui sit similia. Nam Gracè unum est pro pane & bucella, θωμῖον. Nec dicitur Dedit, sed dat, δίδωσιν.*

M

C A P.

C A P . X I V .

1. Creditis in Deum, &c in me credite.] *Gracè non est distincta vox Creditis & credite, sed eadem mœvēt: ut potius transferendum, Si autem creditis in Deum, & in me creditis: aut credite in Deum, & in me credite, Nam si per indicativum & imperativum licet hoc efferre, quid causa est quoniam non sic transferamus: Credite in Deum, & in me creditis?*

v. 11. 2. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum.] *Ineptè translatum, & idcirco inepta sententia. Ad verbum sic transferretur, Sin autem non. Poterat etiam transferri, Sin minus, vel alioqui dixissem vobis. Et hic finitur sententia, post hac alia sententia incipit: Vado parare vobis locum. Nam illud quia, Gracè non legitur, εἰ μὲν εἴτε τὸν ἄνθρωπον, περδομένον εἴτε μάρτυραν εἴτε μηνίν. Melius eadem verba translata postea interpres, Alioqui propter opera ipsa credite, εἰ δὲ μηνί.*

9. Qui videt me, videt & patrem.] *Legendum est per prateritum, Qui vidit me, vidit & patrem, οὐ πειράσας εἰ μὲν εἴπεις τὸν πατέρα εἰπεῖς.*

11. Non creditis mihi, quia ego in patre, & pater in me est?] *Aliter Gracè legitur,*

tur: Credite mihi quia ego, msuētē μοι. Philippo per interrogationem responsum est, Non credis quia ego in patre, & pater in me est? & msuētē δέν.

12. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.] *Genitivum Gracum per oblivionem reliquit interpres, cùm deberet transferre per ablativum, quo Graci carent.*

17. Spiritum veritatis, quem intindus accipere non potest, quia non vidit eum, nec scit eum.] *In praesenti legendum est: Quia non videt eum, δέν & Seopei αὐτόν. Vos autem cognoscitis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.] Gracè est, Manet, μέρη.*

24. Et sermonem quem audistis, non est meus.] *Non possum adduci, ut credam interpretem è licentia pervenisse, ut quod in Vergilio vir toleratur, dicente: Urbem quam statuo, vestra est: ipse sibi permitteret dicere. Nā illud in Psalmo, quod apud Matthaeum reperi- Psal. 118. 22 tur, Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & non nihil diversum est, & ita Gracè legitur, de quo genere sermonis alio in loco disputavimus. Astipulatur opinioni meæ quòd aliquot veteres codices legi, in quibus scriptum est sermo, non sermonem, ἦ δ λόγος, ut Gracè habetur.* Matt. 21. 42

26. Paracletus autem spiritus sanctus quem pater mittet in nomine meo, ille vos

Paracletus. docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.] Paracletus *substantivum est, nec dicitur spiritus paracletus, duo substantiva, cùm præsertim sit neutri generis Gracè μέντη, Paracletus παράκλητος masculini.* Ideoque ego transtulisse: Paracletus autem sanctus spiritus: quasi, Paracletus autem, id est, spiritus sanctus. *Est enim Paracletus peculiare nomen spiritus sancti, et si scribi non potest Latinè, et contra usum nostræ linguae, in antepenultima habet accentum, cùm penultima ejus sit longa, ut sit in Agapitus & Eleison, ἀγάπιτος, ελεισον.* Suggeret.] *Vix implet Gracum sensum, ταῦτα μόνα, quod est, in memoriam rediget, vel subjiciet. Negat, dicit, Quæcunque dixero vobis. Non enim loquuntur est cum Apostolis Iesu multa, adventante obitu, sed quæcunque dixi vobis. Nec est Quæcunque, sed quæ: πάντα αὐτονύμιν.*

28. Si amaretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem,] ὃντειπονύμιν, προδομα. *Iam non semel dixi, illud utique supervacuum esse.*

C A P . X V .

2. **O**MNEM palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat,] Tollit legendum est, cūper, non tollet:

tollet: & purgat, non purgabit, καθαιρεῖ. Plus apud Gracos generis masculini est, apud nos esse non potest: diceretur enim plurem masculinè, ut Gracè natiōra. Ergo erravit interpres, nisi fortè sic scriptum reliquit, ut scribendum fuit, Ut plus fructus afferat, & à librario depravatum est.

6. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. Et colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.] Ego ita reor fuisse transferendum, itaq; transstulisse: Si quis in me non maneat, ejectus est foras ut farmentum, & exaruit, & colligunt ea, & in ignem jaciunt, & ardent: ἐάν μήπες μείνῃ ἐπέμοι, ἔβλαψθη ἔξω ὀς τὸ κλῆμα, οὐ δέχεται θητην, οὐδὲ Καράγγουρον ἀντὰ, οὐ εἰς τὸ τοῦ βάπτιστος οὐ κατέροι.

11. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit.] In vobis maneat legendum est, μείνῃ.

15. Quia servus nescit quid faciat dominus ejus.] Ut hac tempestate plerique in hoc peccant, ut dicant suus pro ejus: ita interpres, quod tamen levius peccatum est, ait ejus pro suus, ut iterum postea: Tristitiam habet, quia venit hora ejus, pro hora sua: & iterum: Dicunt ei discipuli ejus, pro sui: & iterum, Iesus autem sciens omnia quæ ventura erant super eum, pro super se. In illo autem, Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis suis, & de doctrina ejus: in neutrō pec-

Suus,
Ejus.

Ioh. 16, 21.

29.

Ioh. 18, 4.

19.

Cá. XVI. LAUR, VATLÆ. COLLAT.

*cavit, sed ineptè fecit, ut verba variaret, cùm
debuerit non utroque, sed alterutro pronomine*
*Joh. 19.25. uti. Et iterum, Stabat autem circa crucem
Iesu mater ejus, & soror matris ejus Maria
Cleophæ Mater sua dicendum fuit.*

26. Cum autem venerit paracletus, quem
ego mittam vobis à patre, spiritum verita-
tis, qui à patre procedit, ille testimonium
perhibebit de me,

27. Et vos testimonium perhibebitis,
quia ab initio mecum estis.] *Ego translatis-
sem Spiritus: interpres transluit per accusati-
vum, quia ambiguum est Gracè, cùm sit neutri
generis, τρεῦμα. Perhibetis autem, non per-
hibebitis legendum est, ut apud nonnullos co-
dices scriptum invenio, μητυπεῖτε.*

C A P. XVI.

Joh. 9.22. 2. **A**bsque synagogis facient vos.] *Et su-
perius, Ut si quis confiteretur Chri-
stum, extra synagogam fieret. Gracè pro abs-
que synagoga, & extra synagogam, unum
vocabulum est, Στονάγωγος. Quod ego dixiſ-
sem, Synagoga vobis interdicent, & syna-
goga ei interdictum esset.*

32. Ecce venit hora, & jam venit.] *Quis
intelligit primum Venit esse presentis, & se-
cundum præteriti? Ergo dixiſsem ego: Ecce
adventat hora, id est, proxima est advenien-
do,*

*do, & nunc advénit, id est ἐρχεται ὁ Θεός, καὶ τὸν
ἄνθρωπον.*

33. In mundo pressuram habebitis.] *Grecè est Habetis, ἔχετε.*

C A P. XVII.

1. **H**Æc cùm dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron.] *Non Hebraicum nomen proprium* torrentis, *vel alterius rei videtur esse Cedron,* sed *Grecum apposito articulo plurali, τὰς κά-δπων, ut transferendum fuerit, trans torren-* tem Cedrorum.

28. Adducunt ergo Iesum ad Caipham in prætorium. Erat autem mane & ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed comedenter pascha.] *Quisnam adduxerunt Iesum, & non introierunt præto-rium? nempe cum alijs Iudei, tum verò Ponti-fices. Nam dicitur.*

35. Gens tua & Pontifices tui tradide-runt te mihi. *Et iterum, Cum ergo vidis-
sent eum Pontifices. Non ergo legendum est,* Adducunt igitur ad Caipham, *sed à Caipha,
id est, à domo Caiphæ, ut Grecè habetur, οὐδὲ τις
Καϊδόφæ Hoc in loco incassum laborat Augusti-
nus eruere sententiam contra Evangelij verita-
tem, quem non consuluisse Grecum fontem,
multo magis mirum, quam in superioribus fuit,* Augustinus
taxatus.

Cap. xix. LAUR. VALLÆ COLLAT.

cum præsertim permulti codices Latini reperi-
antur veneranda vetustatis, in quibus legitur
a Caipha. Reddam debitam laudem iis qui co-
dices invenerunt, et si ob mirificum studium li-
terarum antiquarum viri laudati sunt. Cy-
riacus Anconitanus quinque Mediolani, &
aliis circa urbibus, in quibus Augustinus di-
versatus est: duos Roma Joannes Tiburnus pre-
dicatoria professionis ad eadem Chrysogoni &
Salvatoris, quos ego inspexi mirifica & veta-
sta litera codices, invenit: ut altos complures
esse verisimile sit.

C A P. XIX.

12. **E**t exinde quærebat Pilatus dimitte-
Ioah. 6. 66. **E**re eum.] Melius hic dicitur Exinde
quam superius, ex hoc, cum idem sit verbum
Græcè, ἐκ τέτοιο.

13. In loco qui dicitur Lithostratus.]
Melius in quibusdam codicibus legitur per o,
Lithostrotos λιθόσπολις.

14. Sed unus militum lancea latus ejus
aperuit.] Videatur interpres deceptus similitu-
dine dictiōnum, quia aperuit dicere Græcè
ἄνοιξε: at nunc dicitur ἀνύξε, quod est pupugit,
sive ut quidam loquuntur, punxit: quod con-
v. 37. venit cum illo, Videbunt in quem compun-
ixerunt. Sive latus ejus fodit,

C A P.

C A P . xx.

7. **E**t sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatum, involutum in unum locum.] *Interpres quasi idem nobis liceat quod Gracis, ius est accusativo, quem Gracè repererat, in unum locum, εἰς ἑνακόντων.*

11. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum, & cernit.] *αἱς ἡ θύλαις, παρέκυψεν εἰς τὸ μηματίον, καὶ θεωρεῖ.*

18. Venit Maria Magdalene , annunci-
ans discipulis, quia vidi Dominum, & dixit
mihi.] *Gracè est, Quod vidit Dominum, &*
hæc dixit ei, seu sibi, ὅπερες τὸν κύριον, καὶ
*ταῦτα εἶπεν αὐτῇ, sive quod vidisset Domi-
num, & hæc dixisset sibi.*

25. Nisi videro in manibus ejus fixu-
ram clavorum.] *Melius legitur in quibusdam*
antiquis codicibus, Figuram, τύπον.

27. Et noli esse incredulus, sed fidelis.] *Quia non poterat interpres dicere, Noli esse*
*incredulus, sed credulus, seu noli esse infide-
lis, sed fidelis : quoniam credulum esse vitio
datur, & infidelis is dicitur, qui fidem & pro-
missa non servat: ideo ita locutus est, cùm Gracè
verba hac magis inter se consonent, αὐτὸς, αλ-
λὰ μὲν, quæ ego potius translatissem, Et ne sis
incredulus, sed credens.* Infidelis,

3. **E**T ascenderunt in navem.] *Deest Statim, abhuc, ut sit,* Ascenderunt in navem statim. Et illa nocte nihil prendiderunt.] *Et iterum, Afferte de piscibus quos prenderunt & cepistis.* Alij codices melius habent, Ceperunt & cepistis. Alij optimè, & quidem vetustiores, Prehenderunt & prehendistis. *Hoc, et si nihil ad Græcam originem pertinet, tam ad veritatem facit Euangelicæ scripturæ, quia non puto ab interprete translatum per vocem barbaram, Prendiderunt & pren-* v. 10.
didistis.

5. Nunquid pulmentarium habetis?] Non pejus legatur, Num quod pulmentarium habetis? μήν τρεφάμενος.

7. Succinxit se tunica.] *Potius pallium quam tunicam significat, ἐπιδύτην.*

15. Simon Ioannis.] *Legendum est Ionā, non Ioannis, ut in bonis nonnullis codicibus legitur, Σίμων οὐαῖ.* Diligis me plus his? dicit ei: etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: pasce agnos meos.

16. Dicite ei iterum, Simon Ionā, diligis me? Etiam Domine tu scis quia amo te. Ait illi: pasce agnos meos.] *Gracè est, oves meas : bis enim de ovibus, semel de agnis commendatio fit.* Neg, idem nunc verbum est, τοι-
καύτη τρέφαται με, hos est, rege, &, ut pastorē decet,

decet, gubernat, quod superius dicitur, quasi pa-
scua præbe, quod iterum in commendandis o-
ribus repetitur.

17. Dicit ei tertio: Simon Ionā amas me? contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me? & ait ei, Domine omnia tu nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oves me-
as] bōne rā wēlārā pū. Varietas hac verborū
diligo & amo, nō ab interprēte est, sed è Gra-
co: nam diligo redditur illi, ἀγαπῶ, amo illi φι-
λῶ qua verba nunc & ferè semper ab Eccle-
sticis indifferenter accipiuntur rā Latinè quam
Gracē, ut ex ipsa loci hujus inspectione datur in-
telligi. Itidem dilectio & charitas, quarū al-
tera verbo φιλῶ, altera verbo ἀγαπῶ, ab inter-
prete redditur, et si nonnunquam idem utatur
Amor, veteres tamen aliter distinxerunt, & a-
mo & diligo, & item amorem & charitatē.
Nam dilectione nescio an usi sint. Quo minus
probandum est Remigius vir, ut illo seculo satis
doctus, qui ait inter dilectionem & charitatem
hoc differentia esse, quod dilectio Latinum no-
men est, charitas Gracum: cum charitas nus-
quam apud Gracos reperiatur, nec aliter à cha-
ritis fiat, quam à clarus claritas, à sanus sani-
tas, à bonus bonitas.

18. Amen amen dico tibi, cùm esles ju-
nior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas:
cùm autem senueris, extendes manus, & ali-
us te cinget, & ducet quod non vis.] Cur in-
terpres

Vbi: *zepres ait, ambulabas ubi volebas, & ducet quo non vis? Quin potius, ambulabas quō volebas? Apud Gr̄cos enim duntaxat Ecclesiasticos ambiguū est, & tamen apud nos non unum anceps adverbium est, sed duo distincta, ubi & quō. Apud quosdā tamē doctores Ecclesia lego utrobiq; quō. Illud quoq; Cinges te, ego dixisem, Cinges te ipsum, sive te ipse, orauor.*

22. Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

Quo: *Exivit ergo sermo inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, quia nō moritur, sed sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?] Hic error nihil minus quam interpretis est, sed alicuius qui vel scribendo indiligenter, vel emendando temerariè unam literam c adjecit, pro Si faciens Sic, quod Gr̄cē est ēā. Augustinus nē hīc quidem Gr̄cam veritatem consulens, sperat se inter falsa verū invenire. Disputarem quām absurdum sit dicere sic, quām ē diversō consentaneum dicere si, nisi & veritati Gr̄cā nolim hāc contumeliam facere, ut in aperta re disputē: & quia ab Augustino nihil adversus hanc Gr̄cā scripturam, Gr̄camq; sententiam differit, & omnes ante eum tam Latini quām Gr̄ci ita exposuere hunc locum: Eo quidem magis, quod non minus apte, ne dicā aptius, transferri queat per subiectivum, ut Gr̄ca conjunctio docet, ut absōnum sanè sit & valde absurdum sic loqui,*

Interpres defensus.

Augustinus notatus.

qui, id est, sic transferre, Dicit ei Jesus: Sic eum velim, sive sic eum vellem manere donec veniam, quid ad te? Et diverso autem concinnum, & communi intellectui accommodatum: Si eum vellem, sive si eum velim manere donec veniam, quid ad te? Quo magis eundem Augustinum miror dicentem in libris confessio- nium, hujus Euangelij principium penè totum, & alia quædam loca reperiri in libris quibus- dam, sive Platonicis, sive Platoniconrum (nam ambigüè legitur) è Græco in Latinum transla- tis, quos nescio qui (neg, enim ab ipso nominan- tur) ei ostenderunt. Si enim Platonis sunt libri, locos librorum notare: sin Platoniconrum, auto- res nominare debuerat, ut quanta hominibus esset fides habenda, sciremus. Evidem ipse, ut cetera taceam, illos seu Platonicos, seu Plato- nicorum locos etiam ad literam subiecisset. Nunc in tantare, vel Euangelica, vel ad Eu- gelium pertinente, Græci fontis veritate omissa, postulat ut sibi credamus, quam Græcae linguae periti reperi se negant. Quare ubi de scriptu- ra Græca sine autoritate agitur, ibi Augustinus, magnus alioqui autor, tamen non bene sentiens, nequitiam magna habendus est autoritatis.

LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN JOAN.
FINIS.

LAU-



L A V R E N T I I
V A L L Æ,
VIRI CLARISSIMI

De Collatione Novi TESTAMENTI
Liber secundus.

I N
ACTA APOSTOLORUM.

C A P . I .

CYPRIANUS *Grecum voca-*
bulum hoc, ἀρχές, transfert
Acta, quod magis usitatum
est, quam actus, in hunc sen-
sam, ut acta Cœesaris, acta
Pompeji. Lucanus de Cœsare
in illius persona loquens, ait:
Licet ingentes abruperit actus. Hieronymus
aliquando actiones, aliquando etiam acta.

6. Quæ cœpit Jesus facere & docere.]
Deest apud nos una cōjunctiva, quæ apud Gre-
cos eleganter usurpatur, apud nos minus usi-
tata,

tata, illumin modum, ut dicatur, facereque & docere, usitator sic, & facere & docere, *ωντη τη διδάσκων.* Fuit autem, ut ajunt, Lucas scriptor elegans. Itidem in sequentibus, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Judæa: deest copulativa, ut sit, Et in Hierusalem, εγενετο Ιερουσαλημ, quod alii in locis fit, sed minor videtur res, quam ut ejus toties fiat mentio.

3. Apparens eis, & loquens de regno, & convescens præcepit eis.] Ex participio Apparens, videtur significari, quod Iesus subinde se subtraheret ab oculis discipulorum, & rursum se offerret. Græcè est participium præsentis passivum, quod per participium præteriti licet transferre, vel per accusativum præsentis, sic, conspectus eis, vel conspicientibus eis, ὅπλων. Neque legere debemus convescens, sed conversans, Κακωλιζόμενος, sive, ut quidam codices habent, una litera exempta, Κακοζόμενος, id est, conveniens, sive congregans se, cum eis videlicet conversans.

7. Non est vestrum nosse tempora vel momenta.] Græci duo vocabula tempus significantia habent, quibus nunc Evangelista nuntiat, χρόνος καὶ νεώρας, quorum prius fuit illud: Si χρόνος, in tempore hoc restitues templum Istrael: scilicet νεώρας, quens illud posterius, Cùm venerint tempora refrigerii à conspectu Dei. Quomodo ergo nunc transfertur Momenta? Ego certè non sic v. 6.
Act. 3. 19.
ausim

*ausim transferre illud simile Demosthenis in Olynthiacis: Τίνα γέ δικόνος, ή τίνα καιρόν, ωδήν σπερ
ἀθηναῖον, τὸ παρόντος θεάτρῳ ζητεῖται, videtur tamen
apud Gracos propriè secundum esse primi speci-
es: ut astas, hyems, nox, dies, ideoq; non nunquam
illud prius pro ipso anno capitur, qui in se partes
eas habet, quas nominavi. Forte non potuit
transferri melius, ego tamen hoc quod dixi, dis-
similare non debui.*

14. Hi omnes erant perseverantes una-
nimiter in oratione cum mulieribus.] *Deest*
Et obsecratione, καὶ τὴν θύσιον. *ut sit,* In oratio-
ne & obsecratione.

15. Erat autem hominum simul ferè cē-
tum viginti.] *Nominum legendum est ὀνομά-
των, non hominum. quod tanquam error librarij
fuisse, ab audacibus correctoribus immutatum,
quasi nominum nihil significaret, hominum
autem esset aperta sententia.*

24. Ostende quem elegeris ex his duo-
bus.] *Idem hic verbum ostende, ἀναδεῖξον, &
illuc in Ewang. Lucae, Designavit & alios se-
ptuaginta, ἀνέδειξον. Unde olim dicebantur
Consules designati.*

26. Et annumeratus est xi. Apostolis] *Ego
dixisse cooptatus est, ut olim augures, & ali
quidā in collegia cooptabantur. Nā aliud verbu
m est illuc, Quia connumeratus erat in nobis, κα-
τηθυμένος: hic autē est, κατέκυρθε id est, per
suffragia electus: quidni, ut dixi, cooptatus?*

CAP.

C A P. II.

1. **E**T cum completerentur dies Pentecostes.] Completeretur legendum est, nam dies numeri est singularis: ἡ οὐ πολλάκις τελείηται. Unus enim dies Pentecostes, id est, quinquagesimus, non plures: neque à Pascha usque ad quinquaginta dies vocatur Pentecoste, sed ultima dies ex quinquaginta. Hec dixi propter pertinaces, cū satis esse deberet autoritas Gracias.

3. Et apparuerunt illis dispertitæ linguae tanquam ignis, seditque super singulos eorum.] Ego ad tollendam ambiguitatem sic transludsem: Et visæ sunt dispertitæ illis linguae tanquam ex igne. ἡ ἀρχὴ αὐτῆς διεμειζόμεναι γλῶσσαι ὅτει προγόνοι. Nam cū in aliis, tam in hoc quidam errant, quod putant Ignis casus esse nominativi, & ob id sedisse ignem super capita eorum, cū dicatur de spiritu, quod federat super eos. Erant autem linguae eorum & multifidae, & velut ignea, ad significandam idiomatum, quæ linguae vocantur, varietatem: non ignea lingua super vertices eorum, ut quidam volunt.

4. Et coeperunt loqui variis linguis.] Legendum est, Aliis linguis, non variis ἑτέραις, quod convenit cum illo loco Marcii: Linguis Marc. 16.18 loquentur novis: nam novæ linguae & aliæ idem sunt.

N

g. Es

9. Et qui inhabitant Mesopotamiam.]

Interpretis fuit incuria, qui transferre debebat per primam personam, qui habitamus: cùm dicatur superius. Et quomodo nos audivimus linguam nostram in qua nati sumus?

v. 8.

Et mox, Audivimus loquentes. Quòd si per participium transtulisset, habitantes, non erasset, ut habetur Græcè, ἡγεμόνης. In utroq; horum locorum, qua in argumentum attulit, legendum est, Audimns, non audivimus: de presenti loquebantur, non de praterito, ἀπέστησαν.

v. 11.

46. Frangentes circa domos panem.]

Kat' ἄνθρον poterat transferri, Circa singulas domos, ut illud, καθ' ἕκαστον, per singulos dies, sive quotidie: fuisse enim sensus apertior.

47. Augebat autem Dominus, qui salvi fierent quotidie in idipsum.]

Græcè addebat, non augebat, deest que apud nos Ecclesiæ, quod videat Dominus addebat istos Ecclesias, προστίθει τὸν οὐρανὸν καθ' ἕκαστον τῷ ἔκκλησι.

C A P. III.

8. E T exiliens stetit, & ambulabat: & in-

E travit cum illis in templum ambulās, & exiliens, & laudans Deum.] In hoc secundo legendum est Saliens, non Exiliens: semel enim exilio cùm sanus factus est, postea vero identidem salit atque saltavit; Græcèque illud dicitur ἐξηγόμενος, hoc ἀνέλθων.

22. Moy-

22. Moyses autem dixit , quia Propheta Deus. 18
tam vobis suscitabit Dominus Deus vester
de fratribus vestris tanquam me: ipsum au-
diatis.] Ego translatissem Eum , non Ipsum,
ad tollendam ambiguitatem, ne legentes conjan-
gerent me , quod est casus accusativi εψης, & iā
psum quod est genitivi apud Gracos, αυτης. Pra-
terea translatissem Sicut, non Tanquam, nam
Gracē ambiguū est, εσ: qui enim suscitandus
erat, non erat futurus tanquam, sive velut, si-
ve quasi, sed sicut Moyses.

C A P. IV.

27. **C**Onvenerunt enim ferè in civitate i-
sta adversus sanctum puerum tuum
Iesum.] Contumeliosus est nunc interpres in
Iesum, quem servum appellat. Nam ipsa vox
Graca, παιδις, significat propriè puerum, sed ab-
solutè: non enim dicitur Puer meus aut tuus,
quem in sensu nunc accipi nequit , cum prae-
sertim non fuerit puer tempore necis sua Do-
minus. Significat etiam filium & servum, qua-
rum significationum non reddam nunc causans,
satisfit earum esse in ista exempla. Latinitamen
vix unquam appellaverere puerum filium , sed
frequentissime servum. Ergo videntur Apo-
stoli appellare Iesum servum Dei, eodem modo
quo paulo ante appellaverunt David, dicentes:
Per os patris nostri David pueri tui, παιδος.

παιδος.
Puer.

v. 254

N 2

Molines

Cap. v.

LAUR. VALLÆ COLLAT.

- Melius igitur superius:* Deus patrum nostros glorificavit filium suum Jesum, παῖδα.
 26. *Et iterum,* Vobis primū Deus suscitans filium suum Iesum, παῖδα. *Et paulopost,* Per nomen sancti filij tui Jesu, παῖδος.
 29. Et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum,

30. In eo quod manum tuam extendas, sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filii tui Iesu.] *Durè translatum est, quod ego sic translussem:* In extendenda manu tua ad sanitatem, & signa, & prodigia facienda, ἐπει τῷ χεῖρᾳ Καὶ ἐκτίνειν σεισίαν ἢ Κυμαῖαν τέρατα.

36. Ioseph qui cognominatus est Barnabas.] *Legendū est Ioses, Πωὺς, non Ioseph: alter qui vocabatur Barsabas, dictus est Ioseph.*

CAP. v.

3. *C*ur tentavit Satanás cor tuum, mentiri te spiritui sancto, & fraudare derecio agri?

4. Nonne manens tibi manebat, & vendundatum in tua erat potestate?] *Gracē non legitur Tentavit, sed implevit, ἐπλήψως.* Ne scio an interpretis oculos decepit, quod Gracē scriptura horum verborum non nihil est similis: in illo certè genus vocis Gracē à nostro differens enim decepit. *Ktīμα enim, sive γενερίς*

neris neutri est, ager vero masculini. Ergo descendum erat Venundatus, non venundatum, ut est Gracè, ~~περθέντος~~.

15. Ita ut in plateis ejicerent infirmos.] Durum est dicere, Ejicerent infirmos, nec Gracæ necessitati respondet, ubi dicitur, ἐκφέγγει, id est, efferent.

CAP. VI.

3. **Q**UOS constituimus super hoc opus.] Ego dixisse, Super hanc necessitatem, aut tollendam ambiguitatem: nam quoties necessitatem significat, non sic usurpari solet, sed illo modo, Non est opus sanis medico. Nunc Matt. 9, 12, omnes accipiunt ad hoc ministerium, quod Gracæ vox non sentit, γέγοις.

5. Et Nicolaum advenam Antiocheum.] Ego maluisse uti voce Gracæ, proselytum, qui de Gentibus ad circumcisionem Hebraeorum venit: qualis erat Nicolaus, non quales dicti sunt superius, Romani advenæ, ἐπιδημούντες, Ag. 2, 10, cùm utique essent Judæi, & ille qui dicitur factus advena in terra Madian, πάροικος. Ag. 7, 19.

CAP. VII.

5. **E**T non dedit illi hæreditatem, nec passum pedis.] Nusquam legi Passum pedis, ac nec Gracè quidem sic est, sed vestigium

gium pedis, id est, tantum terra, quantum est
vestigium pedis, sua modos.

6. Quia erit semen tuum accola in terra
aliena.] Non recte pro Incola posuit Accola,
quod nomen idem quod modo posui, nō potius.

34. Et descendere eos: nunc veni,
& mittam te.] Secunda persona est modi im-
perativi illud Veni, non prima, præteriti tem-
poris, modi indicativi, & & p. quod ego ob vitu-
dam obscuritatem transstulisse, Venito.

C A P . VIII .

7. MUlti autem eorum qui habebant
spiritus immundos, clamantes voce
magna, exhibant.] Quinam exhibant homines.
ne? at hoc absurdum est. Andemonia? at hoc
non dicitur. Ergo sciamus Gracè dici, Multo-
rum enim habentium spiritus immundos,
modu[m] a[n]a[th]apri Co[n]tra.

9. Vir autem quidam, nomine Simon,
fuerat in civitate, magus, seducens gentem
Samariæ, dicens se aliquem magnum,

10. Cui auscultabant omnes à minimo
usque ad maximum, dicentes: Hic est vir-
tus Dei, quæ vocatur magna.

11. Attendebat autem in eum, pro-
pter quod multo tempore magicis suis de-
mentasset eos.

12. Cū vero credidissent Philippo euani-
gelizanti

gelizanti de regno Dei, in nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres.

13. Tunc Simon & ipse credidit, & cum baptizatus fuisset, adhaerebat Philippo: videntes etiam signa & virtutes fieri, stupens admirabatur. Idem est Græcæ vocabulum pro seducens, ἐξιστεῖν, quod pro dementassest ἐξιστεῖν, & pro stupens admirabatur, ἐξιστεῖν. Quomodo sibi tantum permitiit interpres, ut idem verbum tam diverse transferat, præsertim uno in loco? Est autem hoc verbum unde dictum est Extasis, quam qui habet, Latine dicitur. Extasis. mente captus, qui est major quidam stupor. Mente captus. Qui enim mente captus est (non dico cum de insano loquimur, sed qualis ille apud Quintilium, qui ad insperatum amici subitumque conspectum dicitur stetiisse mente captum) is maiorem in modum stupefactus est. Ergo quomodo transferendum erat, appareat. Illud quinque dico, ego translatissem Propterea quod, non propter quod, si modo est culpa interpretis, quod non opinor, ut in illo Magicis suis, quod legendum est Magiis, μαγιστροῖς. Unde Apulejus Apologia de Magia. Adstabant quoque Attendebant, idem est verbum Græcæ, μεγάλοι. Nec legitur Græcæ. Quæ vocatur magna, sed tantum, Virtus Dei magna ἡ δύναμις Θεοῦ ἡ μεγάλη. Quod si quid momenti haberet articulus, non id momenti haberet, ut transferatur per verbum Vocatur, quod nonnunquam

contemnit interpres: ut in hoc, Euangelizanti de regno Dei, cùm Gracè sit, Euangelizanti quæ sunt de regno Dei, nō ad eamētias. Ergo per verbum substantivum transferri articulus potest, non per verbum Vocatur.

16. Nondum enim in quenquam illo-
rum venerat.] *Gracè non est Venerat, sed De-
ciderat, sive, ut ad verbum transferam, erat
delapsum, sive erat illapsum, nō èmperatōrēs.*

26. Surge, & vade contra meridianum.]
*Gracè non est Meridianum, sed Meridiem,
& positus versus quām contra; ut fuerit trans-
ferendum, Meridiem versus.*

27. Et ecce vir Æthiops, eunuchus, po-
tens Candacis reginæ.] *Non sic intelligendū,
quòd fuerit potens eunuchus Candacis regi-
næ, sed quòd erat eunuchus, quodque potens
Candacis reginæ. At hunc in modum barbarè
dicitur aliquis potens reginæ, ergo non pro-
priè transfert potens, sūwāsh, sed aut prætor,
aut præses, aut magistratus, aut præfectus,*

Dynastæ.

Lue. i. 51.

Philippica
¶ 10

*quale est illud in Luca: Deposuit potentes de
sedibus, sūwāsh. Certè qui in sedibus collocan-
tur, non tantūm potentiam, sed etiam dignita-
tem habere significantur. Hoc ergo vocabula
tum alii quidam, tum verò Cicero utitur, in-
quiens: Tetrarchæ & Dynastæ. Ob quan-
dam reginam Æthiopum nomine Candacem,
de gente illa optimè meritam, ferè sic vocatas
illorum reginas quidam autores tradunt.*

30. Pu-

30. Putásne intelligis quæ legis.] *Gracè potius sic est,* Nunquid intelligis quæ legis?
et ergo.

31. Qui ait: Et quomodo possum, nisi aliquis ostenderit mihi?] *Sic est ad verbung Gracè:* Ille autem ait, quónam modo possim, nisi quis duxerit me? *ό οἵτινες τῶν ἀπολυτῶν, εἰς μῆλος ὁδονήσσης με;*

CAP. IX.

4. **S**AULE, Saule, quid me persequeris?] *Gracè est, Saul, Saul, Σαῦλ, Σαῦλ :* & ratio dictat, quia sic Hebraicè vocabatur, quæ lingua Dominus ad eum loquebatur: nam de progenie forsitan regis Saul erat, & ei Dominus exprobrabat nomen, quod sic eum iste persequebatur, ut Saul persequitus fuerat David, unde Christus oriundus: & ita appellavit eum postea Ananias, inquiens: Saul frater, *Σαούλ* *ἀδελφέ.*

5. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.

6. Qui tremens & stupens, dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge.] *Non hic, sed inferius legitur,* Durū est tibi contra stimulū calcitrare, quod est Gentilium quoque proverbium, ut apud Terentium, Adversus stimulum calces. Cetera verba nusquam inveni, sed hoc tantū, Surge, &c.

7. Viria autem qui concomitabantur cum eo.] *Nimis inculta oratio, nec planè Grac' vocabulo respondens, evocat' ostres, quod dicendum erat, Qui cum eo iter faciebant.*

8. Apertisque oculis nihil videbat.] *Neminem videbat, est Græcè. Ad manum autem trahentes, introduxerunt Damascum.] *Durum est verbum trahere manibus, quasi invitum & reluctantem, nec nisi tantum manu, sed manibus, quasi multorum. Ego intelligo de una manu Pauli, qua illum dacebant, vel unius ductoris. Græcè est hoc nomen cum verbo Duco compositum, χειραγωγεῖν : ergo transferendum erat, Manu autem illum ducentes. Interpres videtur reformidasse geminationem ejusdem verbi, quia sequitur Introduxerunt. Sed poterat transferri per verbum Ago, quod etiam Gracum est. Non enim tam nunc dicitur Duco quam Ago, ut ipsa vox indicat. Etiam magis dicendum erat Adduxerunt quam Introduxerunt, σύνθησις. Introduci autem is dicitur, non qui iter dicitur, sed qui intromittitur quasi de ianua vel porta in domum, vel urbem. Id quod dixi de traho, etiam hic apparet durum esse, quod paulonente dicitur, ut si quos inveniret hujus viæ viros, viandas perduceret in Hierusalem. Cur non Pertraheret, cum sit idem verbum? ἀγάγε. Melius igitur longe post, ubi hac ea-**

Introduci.

v. 2.

A.D. 2. 11. dem. res gesta narratur:

Ad manum deducus

Etus à comitibus yeni Damascum, Χειρογράφο.

31. Ecclesia quidem per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam, habebat pacem; & ædificabatur ambulans, &c.] Plerique codices habent, Ecclesiæ habebant pacem, & ædificabant ambulantes, & item in sequente numero plurali: ἀς παντελονίας τιχον, οὐκοδομένων, ή παρδόνεν.

32. Factum est autem cum transiret per fines illos universos, Melius in his libris legitur, ubi abest, Fines illos de hominibus enim Euangelista loquitur, non de finibus, diez nartus.

36. Quæ interpretata dicitur Dorcas.] Cur Gracum nomen posuit, non Latinum? Lucas Gracè loquens, dixit Tabitha, quod est Hebraicum, transferri videlicet in Gracum Dorcas, quod Latine dicitur Caprea, Δορκάς. Nisi forte sic est hic factum, ut in illo, Simonem Act. 10.5. qui cognominatur Petrus: cum Petrus sit Gracum nomen, non à Christo impositum, sed Cephas. Forsttan Petrus dici Latinum potest, Petrus, sicut & petra, et si à Graco deducta sint. Petra.

39. Vesteas quas faciebat illis Dorcas.] Gracè est, Quas faciebat dum erat cum illis Dorcas, μητ' αὐτῆς θοι.

42. Et multi crediderunt in Domino.] Gracè est, In Dominum, δην πν χριστον, ut apparerat nihil interesse apud interpretationem inter Credere in Deo, & Credere in Deum.

CAP.

C A P. X.

Cohors.**Legatus
legionis.
Tribunus
cohortis.
Imperator
exercitus.**

1. **C**enturio cohortis, quæ dicitur Itali-
ca.] *Melius Gracè,* Ex cohorte, *in
cōspicere.* Non enim dicitur Centurio cohortis,
qua constat fer è ex mille militibus, sed Tribu-
nus, nec Tribunus legionis, sed Legatus: nec
Legatus exercitus, sed Imperator. Legatus
autem dicitur legionis, & Tribunus cohortis,
quia toti illi praeest: ut Imperator exercitus,
& item in ceteris. Cicero 6. de Repub. Cùm
in Africam venisse Tribunus ad quartam
legionem, ut scitis, militum.

3. Cornelius.

4. At ille intuens, timore correptus, di-
xit: Quis es Domine? Dixit autem illi, O-
rationes tuæ & eleemosynæ ascenderunt.]
Gracè non est, Quis es? sed, Quid est? quod
angeli responso declarat: *Si es.*

15. Quæ Deus purificavit, tu ne com-
mune dixeris.] *Incuria interpretus, pro plus
rati ponere singularem, ob id decepti, quia Gracè
nullus casus est, sed, ut sic dicam, ne com-
munices, id est, ne communia putaveris, pù
sois. Idem dico de sequenti loco, ubi idem à
Petro refertur.*

16. Hoc autem factum est per ter.] *Obso-
letz vox, nec Latina Per ter, quia Gracè,
dicitur.*

28. Vos

28. Vos scitis quomodo abominatum sit viro Judæo conjungere, aut accedere ad alienigenam.] Gracè est, Nephias, potius quam abominatum: & Ut, potius quam Quomo- do: & Adhærere, potius quam Conjungere, οὐ ἀθέμιτον κολλᾶσθαι φροσέρχεσθαι.

30. A nudiisquarta die, usque ad horam hanc, orans eram hora nona in domo mea.] Et barbara translatio, & à librariis corrupta. Videtur jam quatuor diebus perstittiſſe in ora- tione Cornelius, quod fieri non potest. Ego ſic tranſtulifsem, quantum ad prima verba perti- net, nam cetera reddam pristinæ translationis Nudiusquartus, vel quarto ab hinc die us- que ad hanc horam eram jejunans, & nona hora orans in domo mea, μετὰ τετάρτης ἡμέρας μὲν ταύτης τῆς ὥρας ἦμην νησεύων, καὶ τὸν ἐπαύλου ὄρμα φροσευχόμενος.

31. Et ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait: Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.] Non est Gracè Candida, sed clara, λαμπρᾶ. Commemoratæ pro narra- tæ ferè accipi solet, at hic significat pro in me- moria habitæ sunt, εμμένονται.

32. Accersi Simonem, qui cognomina- tur Petrus.] Accersi dicendum fuit & hic, & superius, & posterius: tertia enim est, non quar- tæ conjugationis. Decepit autem interpretem (ſi tamen ejus culpa eſt) quod ſic dicitur ab hoc v. 5. &c. II. 13. Accersi- verbo.

Cap. XIII. LAUR. VALLÆ COLLAT.
& XIII. verbo accersitus, ut ab accio accitus: quan-
Accersitus. quam posterius reperio accersiam & accersi-
Aet. 24, 25. 26. ens, tanquam putet interpres dici Accersio,
non accerio.

36. Annuncians pacem per Jesum Chri-
stum.] Græcè euangelizans, εὐαγγελίζουσι,
Aet. 18, 20. ut posterius quoq; Loquebantur ad Græcos,
nunciantes Dominum Jesum, εὐαγγελίζονται,
& alii nonnullis in locis.

C A P. XII.

20. **E**Rat autem iratus Tyriis & Sidoni-
is] Græcè est, Iratè, seu acerbè pu-
gnans, seu impugnans, θυμόμαχος.

C A P. XIII.

SAULUS autem qui & PAULUS, repletus
spiritu sancto, intuens in eum dixit.]
Ridiculi qui ajunt Paulum fuisse binominem,
cum Lucas enim nunquam antea Paulum, nec
unquam postea Saulum vocet, ut palam sit no-
men una litera fuisse mutatum, & ut ex histo-
ria & sensu datur intelligi, immutatum in Cypri
& ob Paulum Cypri proconsulem, ut recte di-
cere videtur Hieronymus, & in carmine Da-
masus. Nam Augustinus penè magis ridiculi
quam superiores, qui Paulum vult esse dictum
à Paulum adverbio, quod de Romans, quis
Paulo

Pauli dicebantur, affirmare ineptum fit, nedum
de homine Graco. Gracus enim Paulus fuit, &
Gracè loquuntur, & ab homine Graco, id est, à
Luca, id dicitur, ut taceam de Cypro, & ipsæ
Graca. Præterea ineruditui fuit dicere id nomen
ab adverbio Paulum fieri, cùm ipsum adverbii-
um fiat à nomine Paulum, ut paulū pecuniæ: Paulum.
unde Terentius in Andria, Cùm animus in du-
bio est, paulo momento huc vel illuc impel-
litur. Et apud veteres paulus, paula, paulum. ^{Paulus, a,}
13. Et quærebat qui ei manum darent.] ^{um.}
Gracè est, Et quærebat manuductores, id est,
qui manu ducerent, χεργαλγίς.

43. Sequuti sunt multi Judæorum, &
coletium advenarum.] Cur non dixit Re-
ligiosorum, potius quam Colentium? ^{οὐθομά-}
^{v. 50.} ut scit posterius: Judæi autem concita-
verunt religiosas mulieres & honestas, ^{οὐ-}
^{τοπέις:} & Profelytorum quam Advenarum,
ut aliquoties fecit, οὐερολύτων.

46. Et indignos vos judicastis æternæ
vitæ.] Quia gracè genui in uscasus est, oblitus
est interpres in ablativum mutare, quem illi non
habent. Indignus enim vita, non vitæ dicitur.

C A P. XIV.

14. B Arnabas & Paulus consciisis tunicis
suis, exilierunt in turbas.] Insilierunt
est legendum, εἰσαγόντες, ^{εἰσαγόντες} ^{εἰσαγόντες}
15. Et

15. Et nos mortales sumus, similes vobis homines.] Optimè quidem translatum, tamen græca sententia hæc est, Et nos similes vobis patibiles homines, ὅμοιαθεῖς ἵστηνται πάντωι.

16. Qui præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi in vias suas.] Legendum est In viis suis. Accipitur enim nunc Ingredi pro Ambulare, non pro Intrare. Supervacuum est afferre exempla hujus vocabuli, quod dū dicitur Ingredior in viam, significat Introeo : dum dicitur Ingredior in via, significat Ambulo : satis sit quod ita se habet Græcè, εἰς τὰς ἁδοῖς. Etiam melius diceretur Permisit quam Dimisit, εἰς τας.

Ingredi,

C A P . x v .

2. Facta ergo seditione non modica Paulo & Barnabæ adversus illos.] Deest Et quæstione, ut sit, Facta ergo seditione & quæstione, σάτιως καὶ τοζηθός. Paulus enim & Barnabas quererant & disputabant, non seditionem faciebant. Statuerunt ut Paulus & Barnabas ascenderent, & quidam alij ex aliis ad Apostolos & presbyteros in Hierusalem super hac quæstione.] Et alij ex eis, legendum est, εἰς ἀυτῷ.

3. Illi ergo deducti ab ecclesia, transierunt Phœnicem & Samariam, narrantes conversio-

IN ACTA APOST.

conversionem gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

4. Cùm autem venissent Hierosolymā, suscepiti sunt ab ecclesia & senioribus. Et paulopòst:

6. Convenerunt autem Apostoli & seniores videre de verbo hoc.] *Et aliquanto pòst:* Tunc placuit Apostolis & senioribus cum v. 22, omni ecclesia. *Et max:* Apostoli & seniorib. v. 23, fratres iis qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus, salutem. *Et aliis etiam in locis,* quoniam Gracum vocabulum presbiter, factum erat Latinum, cur nunc transfert illud interpres, nanc non transfert, præsertim in eadem re? Nam quos nunc upaverat presbyteros, eosdem postea nun- Presbyter. cupavit seniores. Transfertur quidem Pres- Senior, byter, Latine senior. Sed aliud intelligo, cum dicitur presbyter, aliud cum dicitur senior. Quare ut Apostolus quod Gracum est, nun- Apostolus. quam transfertur Latine, sic presbyter quo- que in iis locis, ubi dignitas quedam significa- tur, non est, ut censeo, transferendum. Ergo hic dicendum fuit, ab ecclesia & presbyte- ris: &, Convenerunt Apostoli & presbyteri: &, Placuit Apostolis & presbyteris: &, Apostoli & presbyteri. Item longe pòst ubi dicitur, A Miletio autem mittens Ephesum, Act. 20.17, vocavit maiores natu Ecclesiae, idem est La- tine Majores natu, seu seniores accersivit:

O

et si

*etsi ab initio, quia seniores, seu majores natu e-
ligantur, sunt dicti presbyteri. Sed eos qui e-
rant constituti ad alios regendos, quales y erat,*

Tit. 1. 5.

*de quibus ad Titum scribit: Ut constituas per
civitates presbyteros: non dixit seniores aut
majores natu. Adeò autem erant dicendi pres-
byteri, & non seniores, ut iidem essent pres-
byteri qui episcopi, cum sequatur statim: At-
tendite vobis & universo gregi, in quo vos
spiritus sanctus posuit episcopos regete Ec-
clesiam Dei. De hoc quod iidem fuerunt pres-
byteri qui episcopi, non est pluribus agendum,
quod ab Hieronymo super epistola ad Titum
probatur. Quare epistolam quoque Petri in eo
loco:*

8. Pet. 5. 1.

*Seniores igitur qui in vobis sunt, ob-
secro conlenior: puto fuisse i transferendam,
Presbyteros qui in vobis sunt, obsecro com-
presbyter. Item epistolas Joannis, qua inci-*

*piunt: Senior electæ dominæ, & senior Cajo
2. Joh. v. 1. charissimo. Cujus rei index est Hieronymus
2. Joh. v. 1. ad Euandrum scribens, qui has epistolas inci-
pere facit: Presbyter. Illud omitto quod Gra-
cè non dicitur Syriæ & Ciliciæ, quod Gram-
matica repugnat, sed apud, sive circa Anti-*

*ochiam, & Syriam, & Ciliciam, οὐ τινὲς ἀ-
πόχειν, οὐ οὐδὲν, οὐ καλοῖται. Et Hierusalem, non
Hierosolymam.*

13. Respondit Jacobus, dicens: Viri
fratres, audite me. Simon narravit. Gracè
non est Simon, sed Symeon. *De Petro enim
Jacobus*

Jacobus loquebatur. Ergo ut Paulus Gracè vocabatur Saulus, Hebraicè Saul : ita fortè Petrus, Gracè Simon, Hebraicè Symeon, quod confirmat ipsius epistola altera, qua incipit, Symeon Petrus. Sic enim Gracè habet, Συμεὼν Πέτρος.

37. Barnabas autem volebat secum assūmere & Joannem, qui cognominatur Marcus.] *Gracè est*, Consulebat ut unā assūmeret & Joannem, εἰσελθόντο συμπλέγαθεν δὲ τὸν Ιωάννην.

C A P. xvi.

1. Ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris viudæ, patre Gentili.] *Ego dixi semper Patris autem Græci*, ταῦτα δὲ ἔλληνες. *Sic enim semper interpres superius transtulit hoc nomen.*

4. Custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus.] *Dogma Græcum est, quod Latinè Decretum. Sed ne diceretur Decreta quæ erant decreta, ideo interpres usus est græco nomine δόγματα: quanquam gracè dicitur, Et quæ erant judicata, τὰ κανόνεια. Et dogma solet transferri non solum decretum, ut postea dicitur: Et hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, ἀπέραντος δογμάτων: sed etiam edictū, ut in Evangelio Lucae: Exiit edictum à Cæsare Augusto, δόγμα.* Dogma.
Act. 17. 7.
Luc. 20. 20.

13. Egressi sumus foras portam.] Extra,
non foras dicendum erat, ut neque in Psalm.
Psal. 18. 39. Subtus pedes meos, pro Subter: sunt enim
Subtus. adverbia Subtus & foras, ἔξω, ἔκτυπτο. que
foras. non serviant casibus, ut apud Gracos fit: que
res fortasse decepit interpretem.

16. Factum est autem euntibus nobis ad
orationem, puellam quandam habentem
phytonem.] Gracè non atas mulieris significa-
tur, sed conditio, quòd erat ancilla, id est, pe-
dissequa, μαδίσσην. Nec phytonem legendum
est, sed spiritum Pythonis, πνῦμα πύθωνος.

Adorare. 25. Media autem nocte Paulus & Silas
adorantes laudabant Dominum, & hymnum
dicebant.] Gracè est, Orantes, non adoran-
tes; qui hanc scio an adorare possent, quorum
pedes adstricti erant ligno. Est autem adora-
re, corpus incurvare in honorem alicujus. Nec
legitur, Laudabant Dominum, & hymnum
dicebant: sed tantum Dicebant Deo: οὐαὶ
χάριοι ὑπερ τὸν θεόν.

29. Petitoque lumine, introgressus est.]
Non parsum ad gratiam & veritatem narrati-
onis facit verbum Insiliit, ut Gracè est, potius
quam introgressus est, εἰσενέδησε.

C A P. XVII.

3. **D**E colentibus gentilibusque multitu-
do magna.] Colentibus ponit inter-
pres

pres pro religiosis, & copiis: & gentilibus pro Græcis, ελλώνισ. Timer appellare interpres Græcos hujusmodi homines, & haud dubie frequentissimè accipiuntur per hoc nomē hi omnes, qui cum Græcis in religione sentiebant, unde ad Græci Romanos scribens, quotiens Gracos nominat, Romanos quoque sub eo nomine intelligit, quæ ambæ nationes inter gentes ab Hebrais numera- Gentes, bantur. Sed tamen aliter Græcē gens, aliter græcus nominatur. Græci autem ipsi à sese Hellenes vocabantur, à Latinis Graci dicti, ut o- lim à semetipſi dicebantur, sicut lingua Latina semper à Græcis Romana appellatur.

Romana
lingua.

15. Ut quam celeriter venirent ad eū.] Nec Latinae, nec græcae elegantia, ne dicam et- jam græcae veritati respondet, quoniam dicen- dum erat Quām celerrimè, τάχεια. Illud au- tem magis ad Græcam veritatem, quām ad La- tinam rationem dicit: Hi autem erant nobili- v. 10. ores eorum. Quale est illud etiam apud Pau- lum, Major horum est Charitas: quem La- tinē de pluribus, quām duobus dicatur nobilissimus & maximus, ut in alio opere differui- mus. Ne illud quidem satis Latinē dicitur:

1. Col. 1:15

21. Athenienses autem omnes, & ad- venæ hospites, ad nihil aliud vacabant, ni- si aut dicere aut audire aliquid novi.] Quod ego transtulisse, Nisi aut ad dicendum, aut ad audiendum aliquid novi, sive aliquid re- centius, agerō.

O 3

22. Viri

22. Viri Athenienses, per omnia quasi
superstitiosos vos video:

23. Præteriens enim & videns simula-
chra vestra.] Gracè est, Superstitiosiores,
Sæculorumq[ue] s[unt] e[st] ergo. Nec Idola est Gracè, quod no-
men transferre solet interpres Simulachra, sed
oracula, quod posset transferri Cultus, sive
Culturas, sive Delubra.

26. Fecitque ex uno omne genus homi-
num inhabitare super universam faciem ter-
ræ.] Ego transstalifim, Ad inhabitandam u-
niversam faciem terræ. Non enim hoc dicit
quod fecit inhabitare genus hominum, sed fecit
genus hominum ex uno, ad hoc ut terram in-
habitaret. Interpres abusus est infinitivo Gre-
co, quod solet transferri in gerundum, quo
Graci carent.

Dionysius Ariopagita. 34. In quibus & Dionysius Ariopagita.]
Etsi hoc ad institutum hujus operis non attinet,
tamen non absurdum fuerit pauca dicere de Di-
onysio. Primum mirari me imperium illorum,
qui hunc volsunt fuisse Philosophia Professo-
rem, ex hoc quod dicatur Ariopagita, quod ei-
delicet Ariopagus fuerit locus, ubi Philosophi
legerent ac disputarent, cum apud omnes ferè
autores non tantum Gracos, sed etiam Latinos,
Ariopagus. constet Ariopagum fuisse locum iudicandi, &
Ariopagita. Ariopagitas ipsos iudices, quos Solon instituit,
Centumvi- quales Roma erant Centumviri. Ergo sic Dio-
ni- nysius erat Ariopagita, sicut Roma aliquis Cen-
tumvir.

tumvir. Deinde hunc tanquam summum Philosophum in morte Domini cum obscuraretur Sol, dixisse: Aut rerum natura patitur, aut mundi machina destruetur: quasi Athenas neque pervenerit illa obscuritas, cuius nemo, neque Gracis, neque Latinus meminit, ut etiam Hieronymus probat. Nam quod dicitur tenebras fuisse per universam terram, sic dictum Matt.27.45 est, sicut dicitur in lib. Regum facta fuisse flames per universam terram, nempe terram illum. Non enim de Media, Persia, India, Italia, Gallia, Germania, Hispania, intelligebatur: quemadmodum etiam Ambrosius in illo loco Luca: Exiit edictum à Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis: vale accipi universum orbem Romanum, non autem universum orbem terrarum, cuius minor pars erat Romanorum. Addunt his aliam ineptriam, ut quasi non fuerit in vicinis civitatibus illa eclipsis, quam volante fuisse Athenis, faciunt Dionysium de ea scribentem literas ad alium. Denique hic Dionysius an aliquid scripserit, incertum est, cuius neque Latini, neque Graci meminerunt. At ne ipse quidem Gregorius indicat fuisse illum Ariopagitam, qui hos libros, qui in manibus versantur, scripserit, quorum autorem quidam nostra etatis eruditissimi Graeci colligunt fuisse Apollinarem.

9. **L**oquere, & ne taceas,
10. Propter quod ego sum tecum,
& nemo apponetur tibi ut noceat te, quoniam
populus est mihi multus in hac civitate.]
Eodem modo dicitur Grace, Propter quod, &
quoniam. *Quare ego sic transstulisse, Ne ta-*
ceas, quia ego tecum sum, & nemo invadet
te ad tibi nocendum, quoniam populus est
mihi multus in hac civitate sive urbe. Μόνη
ἴγε μή σθέαμ, καὶ εἰδέσθαι πειράσθαι τοι,
δίόπλιθος δέ μου πολὺς ἐστι πόλες παντη.

24. **D**emetrius enim quidā nomine, Argentarius, faciens ædes argenteas
Dianæ.] *Greci ab argento appellant αργυρεού-*
Argentarii. *βασις: nos ab auro aurifices. Nam argentarios*
ab argento, id est, à pecunia, vocamus, quos quidam
Nummularius. *Nummularios, quidam Græcam vocem,*
Nummularius. *vertentes, vocant Mensarios. Greci namque*
Mensarius. *mensam trapezim appellant, & inde trapeze-*
Trapezeta. *tam, quo nomine tum alij quidam, tum Plantus in Cercul. utitur.*

39. Si quid autem alterius rei queritis,
in legitima ecclesia poterit absolviri. *Et pau-*
lentibus.

40. Et cùm hæc dixisset, dimisit ecclesiam.] *Miror de interprete, qui cum sciat ecclesia Græcum vocabulam iam receptum esse pro congregazione fidelium, sic loquatur de infidelibus, & non potius, ut consuetius & Latinum, elegansque est, Dimisit concionem, & in legitima, sive in consueta concione absolvetur. Sic enim est Gracè, ἀπλυθήσεται. Non autem poterit absolvi.*

C A P. XX.

5. **H**I cùm præcessissent, sustinebant nos Troade.] *Quid vidit interpres, ut diceret potius Sustinebant quām Expectabant, aut Græcum verbum, quod Latinum quoque est, conservaret, manebant, μένον; Nam nos quoque manere pro expectare accipimus, ut Manere, panlopōst idem fecit illic: Quoniam vincula me & tribulationes manent, μένον.* v. 23.

7. In una autem sabbati cùm venissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum] *Gracè est, Una sabbatorum, οὐσιάτων, &, Cum convenissent discipuli, Κανημένων μαθητῶν: &. Differebat, διελέγετο. Non enim disputabat Paulus cum suis, cum quibus volebat panem frangere: neque enim dicitur Cum eis, sed eis, id est, dativus est casus Gracè, non ablativus cum prepositione: αὐτοῖς. Nec dicitur eleganter*

O 5

In

In craftinum, *de die qui non sequitur hodie-*
num, sed postero die, sive postridie.

16. Proposuerat enim Paulus transnavigare Ephesum.] *Aliqui possent accipere quod*
Paulus proposuisset transire mare, ut iret E-
phesum, at qui non ita est. Ergo ut Latinissimis, ita
clarissuisset, Proposuerat prætervehi Ephe-
sum.

29. Ego scio, quoniam intrabunt post
discessiōnēm meā lupi rapaces in vos] *Nō*
est Græcè Rapaces, sed Graves, scilicet graves
in vos, Bagæs.

35. Beatus est magis dare quam acci-
pere.] *Et ratio jubet, & veritas Græca probat,*
dicendum esse Beatum, non Beatus, aut Bea-
tius sine magis, manæios.

C A P. XXI.

Persuadere. 14. **E**T cum suadere ei non possemus,] *Graci non distinguunt suadere & per-*
suadere, ut nos facimus. Est enim persuadere,
suadendo inducere hominem : ergo non fuit in-
terpretis, si tamen ejus culpa est, sequenda lin-
gua Græca, sed Latina, μὴ τριβολέου ἀντε, quod
propriè transfertur, Cùm autem non persua-
deretur.

C A P.

CAP. XXII.

3. **N**atus Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista civitate, secus pedes Gamalielis, eruditus juxta veritatem paternæ legis.] *Dicendum erat Tharsi, vel in Tharso, ut est Græce. Neque Græce est juxta veritatem, sed juxta diligentiam, καὶ ἀκελέσσων.*

9. Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt ejus qui loquebatur mecum.] *Deest.* Et terrefacti sunt, ἦ μοροι ἐγένοντο. Verum quomodo hic locus congruit cum illo superiori, ubi dicitur eos qui Paulum comitabantur, audisse quidem vocem, sed nullum tamen vidisse? *Præterea illuc dicitur,* Viri autem qui una iter faciebant, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. *Posteriorius autem:* Die media in via vidi rex de cœlo supra splendorem Solis circumfulsisse me lumen, & eos qui simul mecum erant, omnesque cum decidissimus in terram, audivi vocem mihi Hebraica lingua dicentem: Saul, Saul. *Quomodo alibi dicuntur stetisse, alibi decidisse?* Priori questioni qua ratione satisfaciām, nescio, nisi ut putem primum locum, ubi Lucas sua persona loquitur, esse depravatum, permutatis locis duarum dictionum, audientes & videntes. *Præterea Græca vox quæ, qua pñs. signis-*

qarn. significat lumen, in sibi similem, φωνή; qua si. gnificat vocem, ut patrem sic Lucam reliquiss. scriptum: Videntes quidem lumen, nem. nem autem audientes. Posteriori questioni sic satisfiat, quod postquam collapsi illi fuerunt, continuo surgentes steterant. Nam eis non di. catur quod surrexerint, nihil obstat debet, cum videamus à Paulo mullo plura referri a. pud Agrippam, quam apud Iudeos, sibi dicta fuisse à Domino, qui ipsum circumfulserat at. que prostraverat: quanquam non dicitur Gra. cè Stabant, sed steterunt, id est, surrexerunt, me adhuc jacente, & verba audiente, ἵστησαν.

12. Ananias quidam vir secundum legē testimonium habens ab omnibus Judæis.] In uno omnino codice reperi, Ananias quidam vir timoratus secundum legem: & sic Gracè habet, Τιμοθεός.

28. Ego multa summa civitatem hanc consecutus sum.] Melius iij codices, qui civi. litatem habent, πολιτείας.

C A P. XXIV.

5. Invenerimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditionem omnibus Judæis in universo orbe, & autorem seditionis sectæ Nazarenorum.] Abest a Graco, Seditionis, sed tantum autorem, sive præcep. ptorem sectæ, ορθοστάτῳ αἴρετως.

14. Con-

14. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt haeresim, sic deservio Deo patri meo.] *Quis nominaverat haeresim antea, ut nunc sic dicat Paulus? Non animadverit interpres, se vocabulum Gracum Heretos trans tulisse sectæ. Ergo nūc dicere debebat, Quam dicunt sectam. Idem est Græcæ Haeresis, quod Latinæ Secta: unde Haeresis. Cicero de Stoicis loquens, ait de Catone: Et est Secta.*
 in ea haeresi, quæ nullum sequitur florem orationis. *At quomodo dicit, secundum sectam quam dicunt sectam? Igitur sciamus Græcæ esse secundum viam, ελπίν. Itaque non fatetur se sectam sequi, sed viam, et si postea dicit, Secundum certissimam sectam religi- At. 26. 5. onis nostræ vixi Pharisæus. Hic quoq; Græcæ est haeresis, ἀργεος. Appellavit Paulus haeresim sive sectam Pharisæorum, quia secti atq; se juncti sunt Pharisæi à Sadducæis. Verum illa Sadducæorum heres falsissima erat, hac autem Pharisæorum verissima atque certissima. Nec Græcæ legiur, Deo patri meo, sed paterno meo, id est, Deo quem coluerunt patres mei, τῷ Θεῷ τῷ μαρτύρῳ μ.*

22. Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via.] *Quis hunc Latinorum intellegeret locum, nisi emendasssem superiorem, ubi sectam in viam converti? quanquam ne sic quidem aperta satis sententia est. Græcæ est, Sciens quæ (supple sunt) de via, hoc est, de reli-*
gione

Ca. xxv.

LAUR. VALLÆ. COLLAT.

& xxvi gione Pauli, τὰ ὡς τὸ ἑδὲ. Illud omitto, quod
Gracè non est certissimè, sed certius, seu ex-
ploratius, ἀκριβέστερον, quemadmodum superius,
v. 10. Bono animo pro me satisfaciām, quod ego
transtulisse⁹, Alacrius quæ de meipso sunt,
rationem reddo, sive causam dico, οὐθεμότε-
γον τὰ ὡς εἰ ματθήσομαι. *Multa alia hu-*
jusmodi prætereo.

C A P. XXV.

16. **A**D quos respondi, quia non est con-
suetudo Romanis hominem aliquem
damnare, priusquam is qui accusatur, præ-
sentes habeat accusatores.] *Quidam codices*
habent Damnare, quidam Donare. Gracè est
Donare, sive gratificari in perditionem, sive
in interitum, χαίζεις τις απόλλαξ.

C A P. XXVI.

17. **E**Ripiens te de populis & gentibus in
quas ego nunc te mittam

18. Aperire oculos eorum.] De populo
legendū est, hoc est, *Judeorum. Nam & quidam*
Graci codices habent Judæorum, & quos, non
quas, ut gracè est: & illud indicat, Oculos eo-
rū, videlicet ut aperias oculos eorū, in quos,
sive ad quos mittam te. Neg, Nūc apud Gra-
cios est, οὐ πλανάκη τῆς θεωρίας, εἰς τούς ἐγών σε ἀποσελῶ.

28. A-

28. Agrippa autem ad Paulum : In modo suades me fieri Christianum.

29. Et Paulus : Opto apud Deum, & in modo, & in magno] *Iam superius admonui istum verbi, non suades, sed persuades, dicendum fuisse. Quem locum, quia parum eleganter transferitur, sic ego translussem : Parum abest, quin persuadeas me fieri Christianum. Cui Paulus dixit : Optare apud Deum, sive votum facerem Deo, sive parum, sive multum abest, οὗτος Παῦλος εἶπε, εὐξάνθης τῷ Θεῷ.*

CAP. XXVII.

1. Radi Paulum cū reliquis custodiis.]

TGrace est, Et quādam alias custodias, sive, ut ad verbum transferam, & quosdam alios vincitos, καὶ πνευματικούς.

5. Venimus Listram, quæ est Ciliciæ.] Grace est, Devenimus in Myra, quæ sunt Lyciae: κατὰ λόφους τις μέρη τῆς Λυκίας.

9. Consolabatur eos Paulus.] Non consolabatur eos Paulus, quippe quos nondum videbat aliquid passos, aut pati timentes, sed passuros: ergo admoniebat eos ne discederent, & ita habebat veritas Graeca, πατέσθε.

10. Vīti, video quoniā cum iñuria & magno damno, non solum oneris, sed & animalium vestrarum incipit navigatio.] *tre-*

quen tir

xxvii. *quenter interpres ponit Incipit pro eo quod futurum est, ut cum in aliis locis, tum in illo su-*
A.D. 23. 27. *periori. Virum hunc comprehensum à Judæis, & incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu eripui. Quem locum sic transstulisse: Virum hunc jam comprehensum à Judæis, & jamiam interficiendum: velsic. Quem videbam imperfectum iri, μέλλοντα εργάζεσθαι τὸν ἀντίπολην. Hunc ita transferrem etiam magis ad verbum, quam illud superius: Virtus, video fore, ut cum jactura & magnō detrimento, non solum oneris, & navis, sed etiam animarum vestiarum navigetur, ἀνδρες, θεωρῶσπει μὲν οὐρανούς καὶ ζημιὰς, & μέγαν τὴν φορτίκα, καὶ τὸ πλοίον, αἷλας καὶ τὸν φυχῶν υἱόν μέλλει σεσελῆ τὸν πλέον.*

21. Oportebat quidem; o viri, auditome non tollere à Creta.] Auditio me, parum aperte dicitur: apertius & magis ad literam, sic transstulisse: Oportebat quidem, viri, vos mihi auscultantes, non proficiisci à Creta, εἴδετε τὸν ἄνδρα, τοιαῦτας μοι μὴ ἀράγετε τὸν Κρήτην.

30. Et quum misissent scapham in mare sub obtentu quasi à prora inciperent ancoras extendere.] Idem quod paulo ante notavi, Quasi inciperent extendere, pro. Quasi extensi anchoras, ὡς εἰς τρώεγες μέλλοντες ἀγκύεγες ἐπεινεγενέντες. Itidem paulopost:

33. Et quum lux inciperet fieri.] *Quomodo*

modo itincipiebat fieri lux, id est, dies (nam dies Gracē legitur) quum postea sit illos Paulus alloquitus, & ipse & ceteri comedenter ante quam dies fieret, quum sequatur:

39. Cūm autem dies factus esset? Ergo non quum dies inciperet fieri, dicendum erat, sed cūm dies futura jam esset, ἀλλα τῇ ἡμέρᾳ γίνεσθαι.

CAP. XXVIII.

1. ET quum evasissimus, tunc cognovimus quod Militene Insula vocabatur.] Melita est legendum, ut faciunt docti scriptores: & sic Gracē habet, μελίτη, quam Homerus unam Nereidum esse vult, quamque indigena melius, et si barbari, Maltam vocant, quam nostri vulgo literati Melmetum, ut in multis locorum aliorum nominibus sit: ut in Genna, quam literati Januam: & in Comū, quod iudicem Cumas: & in Barcelonam, quam Barchinonam videntur.

Janua;
Cumæs

Barchinona

7. Qui nos suscipiens benignè, triduo exhibuit.] Gracē est, Benignè hospitium exhibuit, sive benignè in hospitio habuit, sive benignè hospitaliter habuit, φιλοφρόνως ξένοις.

8. Contigit autem patrem Publij febribus, & dysenteria vexatum jacere.] Et si dysenteria notum magis vocabulum est quam Dysenteritis.

P. nostrum

Cap.

LAUR. VALLÆ COLLAT.

xxviii. nostrum tormina , tamen ego maluissim dice.
Tormina. re Torminibus, δυσεντες.

11. Post menses autem tres navigavimus in navi Alexandrina, quæ in Insula hyemaverat, cui erat insigne castrorum. οἱ πάλιοι ἀλέξανδρειων, εὐ Τύνταρι παρέχει μακόπ, καὶ γενίμω διοσκύρεοι. Legendum Insigne Castorum, qui Græcè dicuntur Jovis liberi, sūn Jovis filij, sūn Jovis proles, hoc est, Castor & Pollux, quos aliquando, ut Servius Grammaticus ait, Latini appellant Castores. Erat autem id navis insigne, quòd Tyndaridae, qui sunt Castor & Pollux, putabantur præesse tempestatibus. Unde cùm post tempestatem nubilo cœlo quedam in navibus lumina visuntur, putantur hi fratres adesse, quod testatur Seneca, cùm ait, quòd nautæ putant tunc se juvari Pollucis & Castoris numine. Et in Tragœdiis:

Non illic geminum Tyndaridæ genus,
Succurrunt timidis sydera navibus.

14. Et sic venimus Romam,

15. Et inde cùm audissent fratres, occurrerunt usque ad Appij forum, & tribus tabernis.] Melius in iis codicibus, ubi Tres tabernas legitur. Quia prius nominatur Ro-

Forum Ap- ma quam Appij forum, quidam putant hoc
pij. forum esse intra urbem Romam, quod longius illinc est quam Aritia, quod ostendit Horatius, dicens:

Egressū magna me excepit Aritia Roma.

Inde

Inde forum Appij. Et alioquin historia indicat, in qua dicitur, ex urbe Roma fratres occurrisse: & mox,

16. Ut venimus autem Romam, permisum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite.] *Grace est*, Manere apud se ipsum, *ργθ εαυτον*, sive per seipsum.

26. Vade ad populum istum, & dic ad eos: aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis.] *Gracè est*, Et non intelligatis, μὴ συντέξεις: & Non perspiciatis, οὐ μὴ συντέξεις.

L A U R E N T I I V A L L È
COLLATIONUM IN ACTA
A P O S T O L O R U M
F I N I S .



LAUR. VALLAE
COLLATIONES IN
EPISTOLAM PAULI
AD
ROMANOS.

CAPUT I.

I.  AULUS servus Jesu Chri-
sti, vocatus Apostolus.]
Non est accipiendum hic vo-
catus pro nominatus, quale
est illud Matth. De qua na-
tus est Jesus, qui vocatur
Christus: nam hoc perinde est, ac si diceretur,
Vocatus in Apostolatum. Aut fortè sic est le-
gendum, Apostolus separatus in Euangeli-
um, ut sit, Paulus servus Christi vocatus:
quales erant qui à Romanis dicebantur Evo-
cati, qui sine ullo apposito sic dicebantur, qui ad
auxilium rei bellicæ ut amici accersebantur.
Hoc

Vocatus.

Matt. 1,16.

Evocati.

L A U R . V A L . I N E P I S T . A D R O M . 115

Hoc probat id quod paulopost sequitur; In qui-
bus estis & vos vocati Jesu Christi. quasi
electi Jesu Christi. Quid multas eadem ra-
tione dicuntur nunc vocati substantive, qua
dicuntur Apostoli, id est, missi: ideo aliud est ^{Apostoli.}
vocabulum illuc, qui vocatur Christus, οντό-
μενος: aliud hic, κανός.

v. 6.

3. Qui factus est ei ex semine David.]
Gracē potius est, Qui genitus est ei, γερμένη.

4. Secundum spiritum sanctificationis,
& resurrectionem mortuorum Jesu Christi
Domini nostri.] *Neque mortuorum Jesu
Christi videtur nunc dici posse, quia unus mor-
tuorum est ipse Jesus Christus. Neque resur-
rectionem Jesu Christi, quia dicitur spiritus
resurrectionis. Ergo non per genitivum no-
strum fuit genitivus gracus transferendus, sed
per ablativum, ut ille superior de filio suo, ad
quod nunc refertur Jesu Christo Domino no-
stro. Nam si transferretur ad verbū, sic trans-
ferretur: De filio suo, genito ex semine Da-
vid secundum carnem, destinato filio Dei
in potentia secundum spiritum sanctificati-
onis, & resurrectionis mortuorum, Jesu
Christo Domino nostro.*

11. Ad confirmandos vos, id est, simul
consolari in vobis.] *Cur alterum infiniti-
vum gracum in usum linguae Latinae mutas,
et nō συγχθίνεις: alterum non mutas, τέτοιο δι,
et nō Συμταξειλθήνεις? Ergo dicendum erat,*

Ad simul consolandum in vobis, *vel* ut una consolationem, *sive* solatium caperem in vobis.

14. Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum,

15. Ita quod in me promptum est & vobis qui Romæ estis, euangelizare.] Non est accipiendum è Græca oratione res quæ prompta est, εἴ τω τὸ καὶ τὸ ἐμὲ περέθυμον, sed promptitudo:

Rom. 2. 4. sicut paulopost, Quoniam bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit, Græcè est, bonum, *sive* benignum Dei, id est, benignitas, τὸ οἰνόποιον τὸ δικαιοῦ. Quare hunc locum ad verbum sic translatissem: Græcis pariter & barbaris, sapientibusque & insipientibus debo, *sive* debitor sum: itidem pro meo in vobis studio, & vobis qui Romæ estis, euangelizare, *sive* ad euangelizandum.

17. Justus autem ex fide vivit.] Vivet legendum est, ζῆσθαι.

20. Invisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur.] Quanam est creatura mundi? id ego non intelligo. At si dicatur à creatione mundi, manifestum erit, hoc est, à actione mundi, videlicet à forma mundi conditi. Nam verbum Gracum quod transfertur Creare, sapientius & fortè verius transfertur Condere, ut sciamus, ubicunque legitimus in translatione è Graco creare, nihil aliud esse quam condere.

*ut illigatur.
Create.
Condere.*

Quod

Quod autem Gracum hoc nomen, quod hic transfertur Creatura, utriusque, possit transferri creatione, locus ille epistola ad Hebreos probat: Per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis, utriusque. Apud Augustinum reperio à constitutione mundi. Nec quinque vocabula sunt Gracè per ea quæ facta sunt, sed unum, operibus seu factis, τοῖς πειρασμοῖς. Etiam cernuntur, dixisse potius quam conspiciuntur, εἰς θεός. Semper terna quoque virtus ejus & divinitas.] que, non quoque transferendum fuit: pender enim à verbo superiore illud semper terna virtus, quod videlicet conspicitur, & sic est Gracè, ἵνε ἀδικοῦ.

24. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.] Melius Cordis sui, καρδίας αὐτῶν.

26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.] Passiones non probè dici Latinè, πάθη, Hieronymus quoque testatur, nec πάθη morbos Cicero, sed perturbationes. Quintilianus autem propriè dici affectus ait, & ita ferè autores usurpant. Quare ego transtulisse, Affectus contumeliæ, απνιας, quod congruit cum illo superiori, Ut contumeliis afficiant corpora sua, ἀπναές εἰδος.

32. Qui quum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt: quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, non solum qui faciunt

ciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.] *Aliter Gracè legitur*, Qui quum justitiam Dei cognovissent, quod qui talia agunt, digni morte sunt, non solùm hæc faciunt, sed etiam consentiunt agentibus, ὅπερ τὸ δεκάνυμα τὰ δέ εἰπη νόστοις, ὅποις τὰ τοιαῦτα περιέστοις, αἴσιοι θαύματα τοῖσιν, καὶ μάνοις ἀντὶ ποιεῖσθαι, αἱλλαχὶ συνδεδεκοῦσι τοῖς περιέστοις.

C A P. II.

8. **E**T qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniuitati.] *Secundum* *Gracè dicitur*, sine variatione verbi, non credunt veritati, credunt autem iniuitati, εἰπειθοῦσι μὲν τῷ ἀληθεῖ, πειθομένοις δὲ τῷ αδικίᾳ.

11. Non est personarum acceptio apud Deum.] *Ego dixissempotius*, Non est personarum respectus, sive intuitus, vel contemplatio. *Nam ut* ἡστολή, *qua* est suspicio, *ita περιπολή*, *qua* est acceptio personarum, à verbo λαμβάνω venit, quod significat capio: & tamen ejus cōposita significant aliquid scilicet quale aspicio, intueor, contemplor.

14. Cūm enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.] *Non Gracè Ejusmodi*, sed hi, οἵτις: nec ipsi sibi, sed sibi met, sive sibi ipsi, οἵτις.

15. Red.

15. Reddente illis testimonium conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationum accusantium, aut etiam defendantium.] *Non est in Graco Illis, quod si esset, dicendum erat Sua, non ipsorum : verum pro Illis ponendum est Simul, dicitur enim συμμαρτυρεῖσθαι.* Verum hoc non fuit, ut reor, interpretis vitiū. Illud fuit, quod cùm incipiat transferre genitivum Gracum per ablativum, relinquit reliquos genitivos contrarationem lingue Latinae, cùm fuerit dicendum, Cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus.

20. Magistrum infantium.] *Ego maluisse dicere Parvolorum, quemadmodum sape transfertur, innīav.*

C A P. III.

9. **Q**uid igitur præcellimus eos? nequam. Causati enim sumus Judæos & Græcos omnes sub peccato esse.] *Gracē est Präcausati, quod ego transferrem, Supradiximus enim causam, οὐ γηπασάμεθα.*

25. Quem proposuit Deus propitiatorēm.] *Quidam codices habent Propitiacionem: Gracē est propitiatorium, ἵλασθεον.*

30. Quoniam unus Deus, qui justificavit circumcisōnē ex fide, & præputium per fidem.] *Futuri temporis est, Justificabit, non preteriti, Justificavit, δικαιώσει.*

CAP. IV.

3. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.] Eλογίων.

4. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum meritum.] Λογίσεο.

5. Ei verò qui non operatur, credenti autem in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiæ Dei.] Λογίσεο.

6. Sicut & David dicit, beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus.] Λογίσεο.

7. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

8. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.] Λογίον. Quis putet græco, hoc est, in fonte, esse unum verbum pro his omnibus, reputare, imputare, & accepto ferre quanquam nunquam me legisse memini accepto ferre, sed acceptum ferre: unde acceptilio, sed alia illa est significatio. Ergo ne multis agam, mallem interpres simpliciter per verbum Puto translatisse.

17. Et vocat ea quæ sunt, tanquam ea quæ non sunt.] Transferendum erat, Ea quæ non sunt, tanquam sint: non enim dicitur, ὡς τὰ ὄρη, sed ὡς ὄρη.

Acceptum
ferre.
Acceptilia-
tio.

C A P.

C A P. V.

6. **V**T quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est:

7. Vix enim pro justo quis moritur. Nā pro bono forsitan quis audeat mori.] *Noneft Gracē*, Ut quid enim, sed Etiam enim, *enī* *γ*, quod sic transferendum erat: Nam etiam Christus: *sive*, Christus enim etiam. *Illud autem*, Pro justo & pro bono, *obscuri sensus est*, *hoc est*, pro justo viro, proque bono viro. *At si accipiamus* pro justitia, *fiet sensus aperi-*
tior: quod *si ita est*, pro justitia transferendum erat. *Nam et si apud Latinos* Justum pro Ju-
stitia reperitur, raro tamen, ut apud Vergil.
Justumque memorque precatur. Bonum au- *Bonum..*
tem pro utilitate & honestate, &c., ut sic di-
cam, pro bonitate, frequentissimum est. Erit
igitur sensus, quod pro justitia ac virtute ne-
mo moritur, ut pro bono, & remuneratione,
premiog, virtutis. *Nisi volumus hunc sensum,*
non oportere quempiam mori pro justo viro,
forsitan pro viro non perfecta justitiae, sed bona
mentis.

10. Multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius.

11. Non solum autem, sed & gloriamur in Deo,] *Quid ita formam loquendi Gracan,*
formi-

Cap. VI. LAURENTI VALLÆ COLLAT,

formidavit interpres mutare in Latinam, ut
iterum superius fecit eisdem verbis, & posterius
aliquanto? Ego certè, qui nihil unquam tale a-
pud Latinos legi, sic dixisse: Neque id so-
lum, sed & gloriari. *Est enim obscura sen-
tentia apud nos, si nihil è Græco immutemus.*
Melius sigitur posterius, ubi adjecit pronomen:

Rom. 8. 23. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primi-
tias spiritus habentes: & μόνον ἡ, ἀλλὰ. Itaque
ne illud quidem quod paulopost sequitur, sic
translatissem, ut fecit interpres.

C A P. VI.

2. *Qui enim mortui sumus peccato, quo-
modo adhuc vivemus in illo? Videtur
peccato esse ablative, sed sic transferre:
Quomodo enim adhuc vivemus in peccato,
cui mortui sumus?*

10. *Quod enim mortuus est, peccato
mortuus est semel: quod autem vivit, vivit
Deo.] In neutro genere legendum est, Mortu-
um, non in masculino, Mortuus. *Est enim u-
trumque Quod relativum, non coniunctio: ὁ γά-
δπέθαντες, τῷ αὐτοπλάστεθαντες, ὁ γάρ ζῆται, ζῆται πάντες.**

20. *Cum enim servi essetis peccati, li-
beri fuistis iustitiæ.] Eratis legendum est, non
fuistis: est enim eadem vox que illa. Essetis,
ut dici etiam possit, Cum enim servi eratis
peccati, liberi eratis iustitiæ, seu iustitia.*

Incertum

Incertum est an datus Gracu nunc debeat per dativum transferri, an per ablativum, non tñ distinguuntur.

C A P. VII.

9. **S**ed cùm venisset mandatum, peccatū revixit, ego autem mortuus sum:

10. Et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.] *Legendum est, Mortuus fui, ἀπέθανος.*

13. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit: sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.] *Gracè non legitur, Operatum est, sed Operans, quod ego transfigurassis Operando, sive perpetrando, κατεγα-
ζουέν.*

23. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.] *Gracè est, Militantem contra legem mentis, sive (ut sic dicam) contramilitantem legi mentis meæ, ἀντεγράφει τῷ νόμῳ.*

24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.] *Non est Dei, sed Deo, hoc est, gratia sit Deo, χάρις εἰς τὸν θεόν, quanquam plerique codices habeant, Gratias ago Deo, δικαιοῦ τὸν θεόν. Credo sic exponens*

exponendum, Gratia Deo, quod ipse liberabit nos per Jesum Christum.

C A P . VIII.

5. **Q**ui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui verò secundum spiritum, quæ spiritus sunt sentiunt.] *Sic legitur Gracè*, Qui enim secundum carnem sunt, ea quæ sunt carnis sentiunt: qui verò secundum spiritum, ea quæ sunt spiritus: ὁ γὰρ χριστὸς ὄντες, τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονεῖσθαι, οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος.

6. Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax,

7. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo.] *Gracè non legitur Sapientia, sed Prudentia: φρόνης*. Nec video quare interpres mutantum nunc nomen putarit, nisi gratia varietatis, qua varietas nec nunc locum haberet, nec si haberet, decora esset.

10. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter justificationem.] *Gracè non legendum Vivit, sed vita, ut repetatur superius verbum est, τὸ δὲ πνεῦμα ζωή*.

15. In quo clamamus, Abba pater.] *Vox Graeca probat non esse Pater vocativi causus, sed nominativi, ἀλλὰ ὁ πατήρ*. Idem dico de loco illo apud Marcum, cùm Iesus oravit, dicens:

cens: Abba pater, ἀββᾶ ὁ πατὴρ, quasi diceret *Mar. 14, 36.*
Abba, quod interpretatur Pater.

27. Qui autem scrutatur corda, scit quid
desideret spiritus.] *Gracē est, Novit qui sen-*
sus spiritus, sive, ut circumloquamur, quid
fentiat spiritus, οὐδὲ τί τὸ φόρον ματῶ πέμψαι.

28. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt,] *Ambiguum est an Cooperatur legendum sit,* id est, spiritus, *an Cooperantur. Est enim Gracē quidem numeri singularis, sed qui potest servire nomini numeri pluralis secundum legem Grammaticae gracie, Κυρεψεῖ.* Certè illud Sancti non legitur *Gracē, nec Vocati sunt, nunc præteritum verbi est, sed eo modo dictum,* quo dicimus, Isti sunt advocati mei: *πᾶς καὶ αρχθεσον κλητοῖς εἰσι.*

32. Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?] *Nondum donavit nobis omnia Deus, ideoque legendum est Donabit, ut est Gracē, χαίρω.*

34. Qui etiam interpellat pro nobis.] *Ἐπονγχάνει. Idem verbum quod superius, ubi inquit, Sed ipse spiritus postulat, ἐπονγχάνει. Et mox iterum, Quia secundum Deum postulat pro sanctis, ἐπονγχάνει.*

38. Certus sum enim,] *Gracē non tam-*
Certus.

v. 26
27.

Cap. ix. LAUR. VALLÆ COLLAT.

Certus sum dicitur, quàm Persuasus sum,
hoc est, persuasum habeo, quod penè est quod
pro certo habeo, quod alibi ferè transfertur
Rom. 14.14 Confido, ut ibi, Scio & confido, quia nihil
per ipsum commune, ~~et~~ quae.

C A P. IX.

4. **E**t gloria, & testamentum, & legisla-
tio, & obsequium.] Gracè obsequium,
nunc dicitur Latria, λαζία.

6. Non autē quòd excidit verbum Dei.]
Gracè est, Non autem tale quòd, sén quia ex-
cidit verbum Dei, id est, non tale illud, quòd
ego optarim esse anathema, quodque sint infi-
deles filii Israël, ideo verbum Dei excidit, εχ-
θειος δὲ, οὐ πάπερθωσεν.

10. Sed & Rebecca ex uno concubitu
habens Isaac patris nostri.] Gracè est casus
accusativus, Concubitum, nec potest conjun-
gi cum illo, Ex uno, quod est diversi generis:
nam Concubitus generis est fæminini, illud
verò aut masculini, aut neutri, εξ ἑών κοιτη-
σχυσα. Quod etiam probatur ex illo participio
Habens, quod obscurum est, nisi sic accipimus,
Habens concubitum Isaac patris nostri Lon-
gè igitur erit alia sententia hec, quàm vulga-
ris illa, quòd scilicet Rebecca habuit duos filios
ex uno concubitu Isaac. Non enim cura erat
Paulo facere mentionem de numero concubi-
tu

tiuum, sed sicut in uno filio Abraham è Sarana-
to, ita in uno, sive ex uno filio Isaac, quem ge-
nuit Rebecca, non in ambobus, sive ex ambobus
fuisse reprobationem. Si verò, ut Graci expo-
nunt, ex uno Isaac patre nostro accipendum
est, fuit culpa interpretis, qui genitivum græ-
cam non mutavit in ablativum, dicens, Patre
nstro.

15. Et misericordiam præstabo, cuius
miserebor.] Gracè, ut in alio superiori, ita hic,
temporis presentis Misereor: nec tam est Cu-
jus, quam Cujuscunque, idque in utroq; loco:
ἐλεήσω δὲ ἐν ἑλεῶ, καὶ δικτέρω δὲ ἐν δικτέρᾳ.

19. Dicis itaque mihi, Quid adhuc que-
ritur? voluntati enim ejus quis resistit?] Etsi Conqueritur apud nos non usurpatur in
significationem passivam, tamen vox Greca
non minus accipi potest passivè, quasi, Quid
amplius expositulatur, sive incusat: quam-
adivè, quid amplius, sive adhuc, Deus con-
queritur? τί ἐπι μένει;

20. Nunquid dicit figuratum ei qui se
finxit.] In futuro est, Dicet, non in praesenti;
dicit, εἰσαι. Neque est pronomen Se, quod si es-
set, magis dicendum erat, qui ipsum finxit;
sed qui illud, sive qui id finxit, τι πάρεγεν.

21. Aliud quidem vas in honorem, ali-
ud in contumeliam.] Ego ut redderem Græ-
cam elegantiam, dixisse, Aliud quidem vas
in decus, aliud verò in dedecus: sive, Hoc

Quidem

Cap. x. LAUR. VALLÆ COLLAT.

quidem vas ad decus , illud vero ad dedecus. Neque enim contumelia hoc vocari potest , quod in usus turpes vas fiat , & non omnino pulchrum , & esse aliquantum turpe.

22. Vasa irae , apta ad interitum .] Gracè est , Aptata , κατηρπίσιμα .

28. Verbum enim consummans & brevians in æquitate : quia verbum breviatum faciet Dominus super terram .] Consummans & brevians refertur ad Dominus , que sunt casus nominativi : nam Verbum casus est accusativi , λόγον τὸν Κατειλαθεὶς οὐ Κατέβασαν .

C A P . x.

5. Moyses enim scripsit , quoniam justitiam quæ ex lege est , qui fecerit homo , vivet in ea .

6. Quæ autem ex fide est justitia , sic dicit ; ne dixeris in corde tuo , quis ascendet in coelum , id est , Christum deducere ?] Gracè non est Scripsit , sed scribit , γέρων : nec legitur , Moyses enim scribit , quoniam justitiam : sed sic , Moyses enim scribit justitiam , quæ est ex lege : Ιωάννης δικαιούμενος Ιωάννης εἰς τὴν νόμον . Deinde sequitur Quoniam , seu quodd . Neque sunt haec verba Moysi , sed Pauli : nec ea que recitavi ego , sed haec : Quoniam qui fecerit ea homo , vivet in ipsis , ὅτε τὸ ποιητὴς αὐτὰς ἔθρων ζήσεις ἐν αὐτοῖς . In eo autem , Ne dixeris ,

ὅποιοις .

dixeris, *vellem dixisset more suo interpres,*
Noli dicere, ut concinnè sequeretur illud, Hoc
est, Christum deducere: nempe noli Christū
deducere à cœlo, negando illum ascendisse.
Gracè tamen est, Ne dicas, μὴ εἴπεις.

16. Sed non omnes obediant Euange-
 lio.] Obedierunt legendum est, ωήκασθησαν.

19. Ego ad æmulationem vos adducam
 in non gentem, in gentem insipientem in
 iram vos mittam.] Non est legendum in accus-
 ativo casu, sed in ablativo, In non gente, in
 gente insipiente, οὐτὸν ἐθέλει, δημοσίευσι τὰ.

CAP. XI.

11. **S**ed illorum delicto salus gentibus
 est, ut illos æmulenter.] Qui amu-
 lentur? An Israëlitæ æmulentur gentes? atqui
 dicendum erat illas, quod fieri nequit, quia
 Gracè est Illos, sive eos: nam gentes est gene-
 ris neutri. An gentes æmulentur Israëlitæ
 at hoc indignum est. Ego accipio, id est, sic in-
 terpretandum fuisse puto, ut adduceret eos ad
 æmulationem, hoc est, Deus: nam Gracè est
 infinitivum, εἰς τὸ παρεγγόντων ἀντίσ. Quod in-
 finitivum incommode transfertur per gerundi-
 um, quo Graci carent, transferturque sic ad
 verbum, Ad deducendum eos in æmula-
 tionem. Quae sententia congruit cum illa superi-
 ori: Ad æmulationē vos adducā, παρεγγόντων: Rom. 10. 15

Cap. XI. LAUR. VATLÆ. COLLAT.
Rom. 11.14. *& cum sequenti paulopost, Si quo modo pro-*
vocem carnem meam ad æmulandum, περι-
γνώσθω Carnem suam vocat Israëlitæ, qui sunt
ex eodem progenitore Abraham.

16. Quod si delibatio sancta, & massa.]
Quod hic delibationem, *sive* alibi primiti-
Rom. 8.23. as vocat, ut ibi: Sed & ipsi primitias spiri-
tus habentes, *περιφέρειον*. Et quod nunc mas-
s. Cor. 5.7. sam, alibi conspersione, ut ibi: Ut sitis no-
va conspersio, *φερετη*. Nec propriè puto nunc
Conspersio. Conspercio autem propriè significat farinam
cum aqua, sive farinam & aquam invicem
conspersa, quæ est Graci verbi significatio.

17. Tu autem cùm oleaster es, infes-
tus es in illis.] Pro Insitus, dixit interpre
contra rationem, infertus, ἐνεργεῖας.

20. Noli altum sapere, sed time] Ufita-
tius & magis proprium est sentire quam sape-
re, iuxta graci verbi sensum: est enim unum;
νήπιοφόρος. Veteres sic exprimebant, tollere
spiritus, hoc est, de se magnificè sentire.

25. Ut non sitis vobisipsis sapientes]
Gracè est, Apud vos ipsos prudentes πολλ' ε-
στοις φρόνιμοι: id est, ne de vobis plus aequo sen-
tiantur. Quod probat alter locus paulopost se-
quens, eisdem quibus nunc ego transfero ver-
bis.

31. Ita & isti nunc crediderunt in vestrā
miseri-

misericordiam.] Gracè est, Vestræ miserico-
cordiæ, τῷ μετέρῳ ἐλέει.

32. Conclusit enim Deus omnia in in-
credulitate, ut omnium misereatur.] Legen-
dum est Omnes, non omnia, Τοῖς πάντας.

33. Et investigabiles viæ ejus.] Puto le-
gendum cum negatione, Ininvestigabiles viæ
ejus, ἀρξιχλασοῦ: quod videlicet nequeant in-
vestigari, id est, per vestigia inveniri Nā vesti-
gare est per vestigia querere: nisi hoc velimus
intelligere, quod nec inquiri via Dei possint.

34. Quis enim cognovit sensum Domini?
] Mallem ego dicere mentem Domini, νοήσ.

36. Quoniam ex ipso, & per ipsum, &
in ipso sunt omnia.] Gracè est In ipsum, ὡς εἰς
αὐτὸν. eī si nonnunquam accusativus hujusmo-
di apud grecos habet vim dative, qui est instar
ablativi apud nos, tamen magis puto significa-
ri In quem, quam In quo omnia. Ut sit idem,
unde omnia, & per quem omnia, & in quem
omnia, quasi idem sit principium, medium, &
finis rerum omnium.

C A P. XII.

1. Rationabile obsequium.] Gracè hic ob-
sequium est Latria, λατεῖα.

2. Sed reformamini in novitate sensus
vestri.] His quoque maluisse dicere, Mentis
vestræ, νοός.

Q. 3

3. Dico

3. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem.] Non legitur Græcè Plus, sed super, sive suprà: estque idem verbum, de quo paulo-
antè mentionem feci, quod potius debet trans-
ferri Sentire, quam Sapere: hoc est, ne velius
de vobis sentire suprà quam oportet sentire de
vobis. Quod probat locus ille sequens, ubi est
idem verbum, non alta sapientes, sed humili-
libus consentientes, μὴ υψηλὰ φρονεῖτε. Illud
autem, Ad sobrietatem, negat Hieronymus
rectè translatum, sed transferri debere, Ad pu-
dicitiam: μὴ ψευδοφρονεῖτε παρ' ὁ δὲ φρονεῖτε, αλλὰ
Σωφροσύνη. φρονεῖτε τὸ σωφρονεῖτε. Et significat quidem hoc
nomen Græcè pudicitiam. Sed quomodo intelli-

4. Ad. 26. 25. getur illud in Actibus Apostolorum: Non in-
fanio, inquit, optime Felte, sed sobrietatis
& veritatis verba loquor, σωφροσύνης. Taceo
quomodo Herodotus, Thucydidesque, & alij
quidam hoc verbum accipiunt. Certè commu-
nis usus, & Lucas, sive Paulus illic accipit pro-
modestia & temperantia, quæ significatio si-
millima est sobrietati, σωφροσύνη.

5. Ita multi unum corpus sumus in Chri-
sto, singuli autem alter alterius membra.]
Græcè est, Singuli autem mutuò membra:
quod etiam elegantius dicimus, Alius alterius
membra, quam alter alterius, οἱ καθίσαμि-
σαι μέσαν.

6. Si-

6. Sive prophetiam, secundum rationem fidei.] Secundum proportionem, aut transferendum fuit, aut legendum est, καὶ τὸν αὐλογίαν.

19. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.] *Nominativi casus legendum est, Vindicta, & sine copula, ἵμοι ἐνδικάσις, ἵγειρα παραδώσις.* Ergo non defendantes, legendum est, sed non vindicantes, in illo; Non vosmet ipsos defendantes charissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim, Mihi vindicta. Nam idem verbum græcè est in illo vindicta, & in hoc defendantes, ἐνδικήσεις.

C A P. XIII.

20. **Q**Ui autem resistunt, ipsi damnationem acquirunt:

3. Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali.] *Græcè non est Acquirunt, sed accipient, αἴσθοται.* Nec timori boni operis, sed mali.] *Ei si eleganter loquimur per dativum Timori, tamen genitivus ille, Boni operis, non concinne sequitur, foret enim melior dativus, Bono operi: sed ad verbum sic est græcè,* Non sunt terror bonorum operum sed malorum, φόβος τῆς αἰχθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῆς γηνῶν.

9. Non concupisces rem proximi tui: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo

instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.] Instauratur *verbum*, non mihi videtur implere *graciam* significationem, avana φάγεται, quod ego dixisse, in summam hujus sermonis sensus verbi rediguntur. Siquidem nunc singularis numerus resolvitur in pluralem propter suppositum pluralis numeri, quod est hoc & hoc, &c.

11. Nunc autem propior est nostra salus, quam cum credidimus.] Gracè est adverbium è neutrō genere factum, Propius: nec adest verbum substantivum: & fortè sic transferendum, nunc propius nos salus, γνῶσθαι τρέπον μήδην σωτηρία.

13. Non in comedationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & in impudicitiis, non in contentione & æmulatione.] Gracè abest præpositio In. Est enim nonnihil differens sensus sine præpositione.

14. Et carnis curam ne feceritis in desideriis.] In desideria Gracè legitur, sive in concupiscentias, id est, ad concupiscentias, eis èndupicias. Nec magis curam transferri potest, quam provisionem & prospectum, οὐ ποιῶσσι.

C A P. XIV.

1. Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.] Abest

Abest Gracè prepositio ante nomen fidei. Verbum quoque illud Assumite, potius transstulisse, ut transferri solet, adjuvate, οὐχ λαμβάνετε, ut in illo quoque quod paulopòst sequitur, Deus enim illum assumpsit, φροντίζετε. In disceptationibus.] Gracè est accusativus casus, εἰς διακείσθι, qui si potest capi pro ablativo, forte in superiori quoque capi poterit, quod erat in desideria, Disceptatio autem nunc pro hæfitatione, sive pro ambigendo ponitur, ut in illo loco ad R. manus: In re promissione Dei non hæsitavit diffidentia, διένευε.

v. 30

Disceptatio

Rom. 14. 20

2. Alius enim credit manducare omnia: qui autem infirmus est, holus manducet.] *Ego sic transforrem: Hic quidem credit manducare omnia, ille autē infirmus holus manducat: ὃς μὲν πενίει φαγεῖν πάντα, ὃς δὲ ἀδύνατο λέγειν.*

12. Unusquisque nostrum pro se rationem reddet.] De se, *Gracè est, sive de seipso, αὐτὸν εἴωθεν.*

16. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.] *Vestrum legendum est, υπόλληστον.*

C A P. xv.

1. **D**ebemus autem nos firmiores, infirmitates infirmorum sustinere.] *Ego dixisse, Debemus autem nos validi imbecillitates invalidorum ferre, sicut portare,*

Q 5

et dū-

Cap. xv. LAUR. VALLÆ COLLAT.
δι δυνατοῖς τὰ ἀδεκάματα Τῶν ἀδυνάτων βα-
σάζειν.

4. Quæcunque enim scripta sunt, ad do-
ctrinam nostram scripta sunt.] *Gracè in utro-
que est*, Præscripta, sive antescripta sunt,
πρεγεγένη. Ut per patientiam, & consola-
tionem scripturarum spem habeamus.

5. Deus autem patientiæ & solatij det
vobis idipsum sapere in alterutrum.] *Quid
attinebat mutare vocabulum, ut cùm dixerit
Consolationem, παρεκκλήσεως, mox diceret
Solatij, παρεγκλήσεως, cùm non mutaverit vo-
cabulum Patientia, παθομοῦς*; *Quod frequen-*
*tius solet transferri expectatio: venit enim à
verbo Maneo, quod est exspecto. Idipsum cur
dicat potius, quam Idem, non intelligo, idque
tam crebrò. Graci pro nostro Idem habent Idi-*
psum, seu potius nos habemus Idem pro Greco
Idipsum, τὸ ἄντο. In alterutrum quoque bis di-
citur, non Latine, semel propter præpositionem,
iterum propter significationem: invicem nam-
que seu mutuò dicendum erat, non alterutrū,
quod significat alterū utrum velis, εἰ αλλίως.

6. Dico enim vobis Christum mi-
nistrum fuisse circumcisionis propter veri-
tatem, ad confirmandas promissiones pa-
trum,

7. Gentes autem super misericordia ho-
norare Deum.] *Cur non sicut propter verita-*
*tem, εἰπεὶ αὐτοῖς, ita propter misericordiam
dixit,*

Alterutru.

dixit, οὐδὲ ἐλέους? Et nomini tuo cantabo.] Cur non dixit Psallam? Φῆμοι, quod verbum
jam factum est planè Latinum, ut apud Sallu-
stium: Psallere & cantare doctius, quam Psallo.
probæ mulieri satis est. In principio Psalterij
transfertur hic idem locus sic: Et nomino tuo Psal. 18, 50.
Psalmum dicam, Φῆμοι.

14. Certus sum autem, fratres mei.] Quod hic ait, Certus sum, πεπτόμενος, superius
dixit Confido, ubi ait: Scio & confido in Rom. 14, 14
Domino Iesu, πεπτόμενος: quod propriè, ut di-
xi, dicitur Persuasus sum, sive persuasum ha-
beo, sive pro certo habeo.

17. Habeo igitur gloriam in Christo Je-
su ad Deum.] Gracè potius est Gloriationem,
ταύχην, quod alius forte transferret, Habeo
unde glorier: nam habeo gloriationem, non
dicitur. Neque est Ad Deum, sed in his quæ
ad Deum sunt: quod forte idem ille alius trans-
ferret, In his quæ ad Deum pertinent, vel
quatenus ad Deum pertinet, τὰ ταῦχης τὸ δέον.

19. Ita ut ab Hierusalem per circuitum
usque ad Illyricum repleverim Euangelium
Christi.

20. Sic autem prædicavi hoc Euangeli-
um, non ubi nominatus est Christus.] Gracè
est, Sic tamen cupiens, sive annitens, sive e-
laborans Euangelizare, vel Euangelium
prædicare, οὗτος δὲ φιλοπρομούμενος ἐναγγελί-
ζει.

23. Cupiditatem autem habens venienti ad vos, ex multis jam præcedentibus annis,

24. Cùm in Hispaniam proficisci cœpero, spero quodd præteriens videam vos.] *Gracè est*, Ut si proficiscar in Hispaniam, veniam ad vos: spero enim fore, ut transiens videam vos: *ας έαν πρόδωξαι εἰς τὴν σταύρων, ἐλδούμαι τοὺς υἱούς.* *Ελπίζω γὰρ διευθόδομον θεάσαντες υἱούς.* Si tamen vobis primùm ex parte fruitus fuero.] *Non est Gracè Fruitus, sed impletus fuero, ἐμπληθῶ*.

25. Et ut obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierusalem] *Gracè est*, Et ut ministerium meum acceptum fiat in Hierusalem. *Interpres voluit pluribus verbis quod essem illud ministerium, explicare: quod videlicet erat portaturus Hierusalem collationem, qua gracè dicitur communionem, κοινωνίαν, quam Macedonia & Achaia facere placuerat.*

Στοιχίω.

ib. probaverunt: sic verbum, sive vocabulum,

Επανεργά.

hoc nam nunc Gracè nomen est, *κύριαν διακονίαν* sive *superius ab alio vocabulo, quod magis proprium erat, translatis, inquitens:*

Nunc igitur proficiscar Hierusalē ministrare sanctis, *διακονῶν.* Illud omitto, quod Gracè non legitur Igitur, sed Autem: nec Proficiscar, sed Proficiscor, *γινώμενος πρόδομοι.* Omitto quoq; illud,

lud, quod non legitur græcè Gentiles, sed gentes, in illo: Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, τὰ οὐρανά. Hoc participes responderet ad illud superius communio-

v. 27.

nem: nam Græcè dicitur Communicaverunt gentes, ἐκοινώνησαν. Quinetiam illud non omit-

tendum est, hoc est, significandum, minuta non omnia me persequi.

32. Refrigerer vobiscum.] *Quod Græcè est Requiescam, sive refociller vobiscum: imò in futuro Refocillabor sive requiescam, οὐαραταύωμαι. Addam & illud: In abundan-*

v. 29.

tia benedictionis] Quod Græcè dicitur, In plenitudine benedictionis, εἰς πληρώματα ἐνλό-

γιας. Quia Græcè dicitur Benedictio Eulogia, δηογία: quidam usurpant hoc nomen pro oblationibus,

qua in Ecclesia sunt. Gratianus ut doctus in Jure Civili, quia ibi legit Elogia, quod male à multis legitur per diphthongum Eulogia, putat oblationes neutro genere appellanda Eu-

logia: putat inquam, quia sic usurpat ignarus Græca veritatis. Et illud omitto;

CAP. XVI.

1. **Q**Uæ in ministerio Ecclesiæ.] *Quod Græcè dicitur, Quæ est ministra, οἱ*

διάκονοι.

5. Qui est primitivus Afiæ in Christo.] *Quidam hoc nomine putant significari hominis digni-*

LAUR. VALLÆ IN EPIST. AD ROM.
dignitatem ; sed hujus erroris in causa est inter
pres, qui primitivus dixit pro primitiæ, ἀ
παρχῇ.

6. Salutate Mariam, quæ multum labo-
ravit in vobis.] In nobis legendum est, sive
erga nos, εἰς ἡμᾶς. Mariam accentu in ultima
legendum est, Μαριάμ.

7. Salutate Andronicum & Juliam.] Ju-
lam legendum est, Ιούλια.

18. Per dulces sermones & benedictio-
nes.] Per dulcem sermonem & benedictio-
nem, legendum est, διὰ τῆς χειρολόγιας ὑψω-
γίας.

20. Deus autem pacis conterat Satanam
sub pedibus vestris.] Melius in iis codici-
bus, ubi legitur Conteret, Κυρίῳ. Rarissimi
codices Graci habent hoc :

25. Ei autem qui potens est vos confir-
mare juxta Euangeliū meū, & prædi-
cationem Jesu Christi secundum revelatio-
nem;

LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM PAULI AD
ROMANOS
FINIS.

LAU



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
PAULI

AD

CORINTHIOS
PRIMAM.

CAP. I.

t.

 Aulus vocatus Apo-
 stolus Christi Jesu.] Ut
 superius admonui, non est
 accipiendum Vocatus pro Vocatus;
 Dictus, κλητός, sed sicut
 paulopōst, Vocatis san-
 ctis, κλητοῖς.

2. Qui invocant nomen Domini nostri
 Jesu Christi in omni loco ipsorum, & nostro.]
 Melius erat, in omni loco suo, sed vox Graeca
 nonnunquam fallit interpretem, que est primiti-
 va, casus genitivi, pluralisque numeri, ἀντίθεσσι.

3. Gra-

3. Gratia vobis & pax à Deo patre &
Domino Iesu Christo.] Gracē ambiguum
est ; an sic accipiendum sit , an Domini Iesu
Christi, καὶ καί τὸν Χριστὸν. Gratia hic καί εἰς
eodem verbo dicitur , quo statim p̄st ,

4. In gratia quæ data est vobis, *in xæsis*: sed non eodem quo illic,

7. Ita ut nihil nobis desit in ulla gratia,
xæliquan. Quod verbum nonnunquam inter-

i. Cor. 7.7. pres transfert donum, ut ibi: Unusquisque proprium donum habet, χάρισμα: quodque i. Cor. 12.3f non semper transfert, ut illud: Æmulamini charismata meliora, χάρισμata.

io. Sitis autem perfecti in eodem sensu, &c in eadem scientia.] *Melius legitur in quibusdam codicibus*, & eadem sententia, *μόνιμον*.

15. Ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis.] *Metius* In nomine meo, scilicet in nomine meum (est enim græcè casus accusativi) baptizavi. eis tò ἐμοὶ ὄνομα ἐδόθιον. Neque enim multi eorum ad quos scribebat *Paulus*, ab hoc fuerant baptizati, ut potuerit quis dicere illos, hoc est, multos, à Paulo in nomine suum fuisse baptizatos.

17. Ne evacuetur crux Christi.] *Malle ego dicere per nomen, Ne inanis fiat crux Christi, quam per verbū Evacuetur, sive Exinaniatur.*
κεράθη Ταῦτα enim evacuantur quæ plena sunt, aut similia per metaphoram, & exinaniantur.

19. Et

19. Et prudentiam prudentium repro-
babō.] Gracē Intelligentiam intelligentium,
Cūrēasq; Cuverūs.

20. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi con-
quisitor hujus sēculi?] (*ur non potius*, dispu-
tator hujus sēculi, *sicut sapientia transfert, Cuζn-*
tatis?)

26. Videte enim vocationem vestram,
fratres] *Cur non potius videtis, cūm sequan-*
tur conjunctio causalis? Gracē namque ambi-
guum est, βλέπετε. Erit enim sententia: Ete-
nī videtis verum esse, Deum non elegisse po-
tentias in mundo, sapientesque, sed imbecilles &
insipientes, ex vocatione vestra, id est, ex ve-
stro exemplo, qui imbecilles estis, insipientesq;.

C A P. II.

4. **N**on in persuasibilibus humanæ sapi-
entiæ verbis.] *Ego dixisse, Non in*
suasoriis. Nam suavissime esse, materia est: sua-
forium autem, sermonis seu orationis: & ora-
tio suadet, res autem persuadetur. Certe oratio
& verba non persuadentur. Duxi sermonis seu
orationis potius quam verbi, id est, dicturum
me suisse, Non suasoriis humanæ sapientiæ
sermonibus seu orationibus: *quia pauloantè*
dixit interpres, Non in sublimitate sermonis
aut sapientiæ: *nam utrobique idem est nomen,*
Logos: *ibi sic, λόγος; hic, τοῦθοις λόγοις.*

R

g. Nec

v. 6

Cap. II. LAUR. VALLÆ COLLAT.

9. Nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus, qui diligunt illum.] *Interpres non animadvertis verbum Gracum, eis numeri singularis, tamen fuisse transferendum pluraliter, ut facit Hieronymus in epist. super Pentateuchum*, Nec in cor hominis ascenderunt, ut appareat aut non esse hunc interpretem Hieronymum, aut ejus interpretationem fuisse corruptam. *Idem vitium paulopost:*

v. 14. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi. *Non enim sic accipiendum esse opinor, ut plerique accipiunt, quod ideo homo non percipit quæ sunt spiritus Dei, quia inest ei stultitia: sed quia illa quæ sunt spiritus Dei, sunt stultitia homini,*

6. 13 v. 23. *sicut superius dicitur: Judæis quidem scandalum, Gentibus autem, seu potius Græcis ἀνοι, stultitiam.* Nec simplex vitium est hoc, sed geminatum: nam idem dico de eo quod sequitur:

v. 14. Et non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. *Dicendum enim erat Examinantur, videlicet ea quæ sunt spiritus Dei.*

13. Non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus spiritualia comparantes. *Deest Sancti, ut sit spiritus sancti, ἀνθρωπος αὐτου.* Cur variavit interpres gracum vocabulū? nam sic legitur græcè: Non in doctis humanæ sapientiæ verbis sive sermonibus, sed in doctis spiritus sancti
quasi

quasi in humana sapientia sint verba, in spiritu autem sancto doctrina, quod non ita est. Ideoq; ego sic transstulisse, Non in doctis verbis humanae sapientiae, sed in doctis verbis spiritus sancti, sive in doctis sermonibus : εἰς τὸ διδακτοῦσαν θρησκίνην σοφίας λόγοις, ἀλλ' εἰς διδακτοῦσαν πνευματικοῖς ἀγύις.

16. Quis cognovit sensum Domini, nisi spiritus Domini, qui instruit eum?] *Quidam codices habent*, Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis instruit eum? *neutrum recte, sed ita legendum est*: Quis enim cognovit sensum sive mentem (ροῦ) Domini, qui instruet eum, sive docebit eum? *τίς γέ τέλος τὴν ψυχήν, ὁς Καρδιάστης αὐτούς*

C A P. III.

1. ET ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo.] *Quid hæc variatio per Quasi & Tanquam, nisi quod putat interpres hæc idem pollere? quod non est ita, quia nunc non convenit Quasi. Quibusdam in codicibus legitur Spiritualibus, quod ratio negat, quia talia derivata à quarta declinatione postulant u, ut usualis, manualis, censualis, casualis.*

2. Tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam.] *Magis ad versum*

bum transtulit Ambrosius, Lacte vos potavi, non esca: γάλα υπᾶς ἐπόνου, καὶ βρῶμα. Scitè interpres ne diceretur, Potavi vos esca, usus est verbo potui escaeque apto, Verum an possit dici, Potavi vos esca, an intelligi debeat aliud verbum, in medio relinquo.

5. Quid igitur est Apollo? Quid vero Paulus? ministri ejus, cui credidistis.] Gracē non est Quid, sed quis: Ήσάν, Ήσής: neque Ministri ejus, cui credidistis, sed Verum ministri per quos credidistis: αλλ' οὐ διάκονοι διάδοχοι θεοῦ.

9. Dei enim sumus adjutores.] *Quis potest adjuvare Deum? an Deus indigere auxilio potest?* Gracē est Cooperarij, μετεποίησι, & ita lego apud Augustinum.

17. Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.] Violat in presenti indicativi est, non violaverit, φθείρει. Interpres non servavit gratiam, pondusque Apostolica facundia in verbis geminatione: nam sic gracē dicitur, Si quis autem templum Dei destruit, destruet hunc Deus. Sed interpres volens uti vocabulo Violat, non potuit dicere: quia absurdum erat, violabit eum Deus, φθείρει τὸν οὐρανὸν. Nec legendum est, Quod estis vos, sed qui estis vos, quod & Latinus dicitur, & Gracē sic habetur, δινες εἰσὶ οὐρανοῖς. Quare illud superius: Fundamentū enim nemo aliud potest

potest ponere, præter id quod positum est,
quod est Christus Jesus, mallem dicere Qui
est, ut Gracè legitur: ὁ οὗτος, et si ambiguum
propter fundamentum, quod est apud illos ge-
neris masculini illo loco.

C A P. IV.

3. **M**hi autem pro minimo est, ut à vo-
bis judicer, aut ab humano die, sed
neque meipsum judico:

4. Nihil enim mihi conscientius sum, sed
non in hoc justificatus sum. Qui autem judi-
cat me, Dominus est.

5. Itaque nolite ante tempus judicare.] Non est idem verbum in illis, Judicer ἀναγένω, & judico ἀναγένω, & judicat ἀναγένω, quod in hoc judgeate neivere. Si non est idem Gracè verbum, cur eodem Latinè translatis? E di-
verso idem Gracum ἀναπίνει, cur transfert di-
versis Latinis? ut in illo, Spiritualis judicat ^{i. Cor. 2.15;}
omnia, & ipse à nemine judicatur, ἀναγένει, ἀναπίνει. Nam quæ mea defensio est apud
eos qui me interrogant? ἀναγένει. Et iterum,
Nihil interrogantes propter conscientiam,
ἀναγένοντες. Ego, ne pluribus immorer, Judi-
cate, ad verbum optimè translatum sentio: ca-
tera que Gracè uno verbo dicuntur, ego malu-
issim transferre per verbum Discutio, sive dis-
cerno, sive scrutor, sive aliud simile. Nam id

R 3

quod

9.3.

10.25.

¶ 7. *quod paulopost sequitur: Quis enim te discer-
nit? ego dixisse, Quis enim te dijudicat?
dixerit.*

6. Ut in nobis discatis, ne suprà quām
scriptum est, unus adversus alterum infle-
tur pro alio.] *Deest aliquantulum in Latino:
nam sic Gracè legitur,* Non supra id quod
scriptum est, sentire, *id est, de vobis sentire,*
ne unus pro altero infletur adversus alte-
rum. *Quod sic translatissem,* Ne quis pro al-
tero adversus alium inflemini, *τὸ μὴ τὸ εἴδει
γέγανθαι φέρειν, ἵνα μὴ τὸς τὸ εἴδεις φύσεις.*

8. Sine nobis regnatis, & utinam regna-
retis.] *Gracè est,* Regnastis, & utinam re-
gnassetis, *καὶ τολμῶτε, οὐδὲ πλάνης καὶ τολμῶτε.*

12. Maledicimur, & benedicimus: per-
secutionem patimur, & sustinemus: blasphem-
amur, & obsecramus.] *Non servavit Gra-
cam venustatem Latina translatio.* Nec infici-
as eo non posse hunc locum propriè transferri,
quia nos caremus participio presentis passivo,
et si non nunquam participio præteriti in eundem effectum utimur, ut si dicamus: Infestati
finitimorum incuribus, semper in armis
sumus, oppugnati resistimus, lacefitti obvi-
am imus, *id est,* cum infestamur, cum oppu-
gnamur, cum lacefittur. *Ita nunc ad verbum
transferendo licebat dicere,* Vituperati, sive
contumelia affecti, benedicimus: exagitati
Justinemus, blasphemati obsecramus. *Aut*
per

Participi-
um præsen-
tis passivū.

per aliquam viciniam, ut modo dicebam: Cùm maledicimur, benedicimus: cùm persecutionem patimur, sustinemus: cùm blasphemamur, obsecramus. Aut per participia aetiva cum quodam conflexu: Malè audientes benedicimus, persecutionem patientes sustinemus, blasphemiam audientes obsecramus. Nam illud fortasse durius, Maledicentibus benedicimus, persequentes sustinemus, blasphemantes obsecramus. Certè nunquam fecissem, ut copula qua in Greco non est, uterer, λοιδερέμενοι δλογέμεν, διωκόμενοι ἀγεχόμενθα, βλασφημέμενοι παρεγκάλημεν.

13. Facti sumus omnium periparma.] *Miror cur hoc nomen non transfert interpres, si minus per unum vocabulum, certè per plura: non enim nomen est, quod pro Latino acceptum sit, hoc est, cuius significatio aperta sit, cùm præsertim scribi Latine non possit, οὐδὲ φίμως, ac ne pronunciari quidem fortè suo accentu. Ego vel sic dixisse: Facti sumus omnium pulvis vestigiorum.*

C A P . V .

2. **T**Ollatur de medio vestrūm, &c.

6. Modicum fermentum totam massam corrumpit.

7. Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio.] *Dignitatem orationis Apo-*

Cap. v. LAUR. VALLÆ COLLAT.

*Stolica perdit interpres, sua rei variandi affi-
etatione: nam sic Græcè habetur, Nesciis
quod modicum fermentum totam consper-
sionem fermentat? An maluit nunc acere
Corrumpt, quam fermentat, quia sic nunc
acciundum est? hoc est opus exponentis, non
transferentis, sensum profundorem aperire.
Sed cur Paulus nunc de corrumpendo loqui-
tur magis, quam de fermentando? non enim
Fermentū, corrumpit fermentum, quod Græcè dicitur Zy-
ma, sed tantum facit farinam non esse azymā.
Matt. 13.33 Alioqui non diceretur in Evangelio: Simile
est regnum cœlorum fermento, quod acce-
ptum mulier abscondit in farinæ satis tri-
bus, donec fermentaretur totum. Itaque non
dixit Apostolus, Expurgate fermentum, sed
vetus fermentum. Et mox iterum: Itaque
epulemur, non in fermento veteri, neque in
fermento malitiæ & nequitia. quia videli-
cer est aliquod fermentum bonum, & nou-
tus, quod non esset, si omne fermentum (nam
universalis est illa sententia) corrumperet. Non
esse dicendum Massam, sed conspersiōnē,
Rom. 11.16. superius satis admonui: quod nunc turpis di-
citur, quia statim post sequitur Conspersio,
quasi aliud significans quam Massa. Unde qui-
dam super hunc locum ajunt, Conspersio est
farina per aquam conglutinata, sine fermen-
to. Idem & Azyma, Græcè enim istrung, dici-
tur quipapa, & fermentare quasi zymare, quipū.
Etenim*

Etenim pascha nostrū immolatus est Christus.] *Deest apud nos, Pro nobis: dicitur enim Gracē,* Etenim pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus, *καὶ γένιμψ. Credo interpres omisisse hanc particulam, ballucinatum similitudine dictiōnum, quia Gracē nostrum ήμψ, & nobis καὶ γένιμψ, eadem vox est.*

8. Itaque epulemur, non in fermento veteri.] *Non est in Graco Epulemur, sed, Diem festum agamus, id est, agamus diem festum paschalem, ἐορτάζωμεν.*

13. Auferte malum ex vobisipsis.] *De homine loquitur, non de re: est enim Malum hīc generis masculini, τὸν πονηρόν. Ideoque malissimum ego apertius loqui, vel auferte scelestum, vel sontem, vel noxiūm, vel facinorūsum, vel alio modo.*

C A P. VI.

2. **A**N nescitis, quoniam sancti de hoc mundo judicabunt?] *Nescio quare & hīc. Τὸν κόσμον κεντῶ: & superius, Quid enim mihi de his qui foris sunt, judicare? nam de iis qui intus sunt, vos judicatis: τι γάρ μου ἡ τὸς ἔξω ψείρην, & χι τοὺς ἑων ὑμεῖς κρίνετε; Per ablativum locutus est potius, quam ut est Gracē, Sancti hunc mundum judicabunt, & eos qui foris sunt judicare, nonne eos qui intus sunt, vos judicatis? quale est illud quod sequitur:*

R 5

Nam

1. Cor. §. 13

Cap. VI. LAURENTI VALLAE COLLAT.
2. Cor. 5.13 Nam eos qui foris sunt Deus judicabit. *Ilud transeo, me sic potius illam particulam fissę translaturum, Quid enim mea, etiam eos qui foris sunt judicare?*

Et si in yobis judicabitur mundus, indigeni estis qui de minimis judicetis?

3. Nescitis quoniam angelos judicabimus, quanto magis secularia?] Non nihil interpres à Graeco descivit, in parte quidem priore pereleganter: nam Graece ad verbum dicitur, Indigni estis minimis judiciis, ἐλαχίστων negligiων. In posteriore autem licentius, nam ego non dixisse, Quanto magis secularia, sed neendum quæ ad victimum, seu ad vitam pertinent: non enim est Graece, Quanto magis, sed μικρός neque Secularia, sed, si uno vocabulo liceret dicere, βιωπνὰ diceremus vitalia, sive, ut quodam loco Ambrosius ait, virtualia. Idem dico de proximo loco:

4. Secularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad judicandum.] Nescio an melius transferatur Constitutis, nam Graece dictio anceps est, καθίζεται. Nam si vellet Apostolus contemptos in ecclesia homines εξεθεντίους, sedere judices, cur subiungeret,

5. Ad verecundiam vestram dico, seu potius ad pudorem, seu confusionem, εἰσέπλου? Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?] Quid est hoc

hoc quod ait ad eos in pudorem adducendos? Siccine non est inter vos sapiens quisquam? non enim sapientes sunt contemptibiles, sive contempti in ecclesia. Ergo tales ad judicandum sunt eligendi. Hac sententia si verior est, non fuit transferenda, Igitur, sed Itaque, p̄t̄: nec Habueritis, sed habeatis, quanquam hoc parum interest, exxii. Mutavi verecundiam in confusionem, quia verecundia est Verecundia timor quidam honestus, reducens animum ab aliqua refacienda. Interdum hic timor non usque quaque probabilis, de quo significato non loquitur hic Apostolus. Et idem Gracum vocabulum interpres pro confusione pavloantē usurpavit, Non ut confundam vos, hæc scribo, 1. Cor. 4. 14. et p̄t̄. Quidam minutiora omitto.

11. Et hæc quidem fuistis sed abluti estis.] Non ait Apostolus Corinthios fuisse illa omnia, fornicarios, idolis servientes, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, tanquam omnes tales fuissent, sed quosdam, & idcirco legendum est Quidam, non quidem: ut nescio qui temerarij corrumperant: n̄ tñrtá n̄ vñs n̄ tñ.

18. Omne enim peccatum quocunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.] Cur non potius, In corpore suo peccat, ut sit apertior sententia, cum possit per ablativum transferri Gracis accusativus, ut suprà memini? quale est,

s. Cor. 6.16. est, ne longè exempla repetam: Erunt enim, inquit, duo in carne una: *cum sit Gracè*, In carnem unam, eis Cæsarei pars. Quòd si respondeas fuisse hoc transferendum potius, In carnem unam: quid illud quod proximè attulisti ex *Matt. 13. 33* Euangelio. In farinæ satis tribus, eis adiugou Cæsastra, nonne accusativus gracis est? ita haec sententia cum illa sequente congruet.

20. Glorificate & portate Deum in corpore vestro,] Non legitur Gracè Portate: ut hoc superfluum apud nos, ita illud deest, Et in spiritu vestro quæ sunt Dei: *διεστάθησαν τὸν πνεῦμαν τοῦ Θεοῦ ἐν τοῖς σώμασιν μακρῷ, καὶ τὸν πνεῦμαν τοῦ Θεοῦ ἐν τοῖς πνεύμασιν μακρῷ εἰσιν* hoc est, quòd corpus nostrum, & spiritus noster sunt Dei, non nostra: quod con-
v. 19. & 20. venit cum precedenti. Et non estis vestri, empti enim estis pretio magno, optimi Gracorum codices non habent illud, Magno: neque enim attinet nunc loqui de pretij magnitudine: quantulumcunque fuerit pretium, eo estis empti: ideoq; non vestri, sed servi estis. Quod pro-

s. Cor. 7.23. bat ille longè post locus, Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum, Illud parvum est adnotandum: An nescitis, quoniam membra vestra templum est spiritus sancti? et si numeri singularis gracie est, tamen transferendum fuisse pluraliter, templum sunt, quia suppositum plurale est. Neque enim idem nobis licet quod Gracis, quod superiorius admonui, ut plurali supposito, si fuerit generis neutri, detur verbum.

Licentia
Gracorum.

verbum numeri singularis. Nostri tamen non-nunquam eadem licentia verbum non principali, id est, precedenti supposito, sed viciniori accommodant, ut Poëta in Bucol. Nihil hīc Phaima-nisi carmina desunt: ubi magis grammaticè, nescio an magis latine, dixisset, si ratio metri passa fuisset, Nihil hīc nisi carmina deest. Sunt etiam qui velint simile esse illud ejusdem in alio opere, Hīc illius arma, hīc currus fuit: Aeneid, 14 sed illic manifestum est Zeugma.

C A P. VII.

1. **D**e quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere:

2. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquaque suum virum habeat.

3. Uxori vir debitum reddat, & uxor viro.

4. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir: similiter autem sui corporis potestatem non habet vir, sed mulier.] *A-pud Gracos γυνὴ, tam mulierem significat γυνὴ. quam uxorem: sicut ἄνδρα, tam virum quam ἄνδρα maritum, ut etiam apud nos vir. Sed quoniam interpres quem non variaverit ἄνδρα, variavit γυνὴ, nunc mulier, nunc uxor transferendo? verum hoc recte fecerit, Cur autem in illo non dixit,*

Cap.vii. LAUR. VALLE COLLAT.

dixit, Uxor, potius quam, Mulier sui corporis potestatem non habet? An ea mulier, que non est uxor, non habet potestatem sui corporis? Ergo dicendum erat Uxor. Forsan in omnibus dicendum erat Mulier, hoc est, nunquam variandum nomen, ut Gracè fit. Nam quid esset, Unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque suum virum habeat? nempe unaquæque uxor. At quis supervacuum est addere, ut virum habeat ea quæ vocata est uxor. At quomodo stabit, Unusquisque suam mulierem habeat? Annon est concubina mulier? id non obstat, quia antecedit, propter fornicationem scilicet devitandam, quæ non devitatur in concubina: & quia dicitur suam, id est, propriam: non enim est alicuius propria concubina, ut pote quæ libera est. Propterea cum dicas, Unusquisque uxorem habeat, ominus est addere Suam, nisi forte excludere velit eam quæ alterius est uxor. Verum cum dico, Dilige uxorem, intelligo tuam, quanquam illud non addo. Neque vero Gracè dicitur, Uxori vir debitum reddat, sed debitam benevolentiam reddat, δοξανέως εὐοιας.

8. Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant. Nuptis generis masculini est, tuis àyáquis. et si subintelligi quoque de fœminis possit: ne audiamus qui hoc putant dici tantum de fœminis quæ viris carent. Nam qui carent uxoribus, discuntur Cœlibes.

libes, etiam si sint scortatores. Ad mares vel magis referri hoc, et si parum propriè dicantur mares nubere, ut apud Plantum novus nuptus, probat id quod sequitur:

10. Iis autē qui matrimonio juncti sunt (nō dixit, quae jūctæ sunt) præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere:

11. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari : & vir uxorem ne dimittat.] *Cur non dixit, Et virum uxorem non dimittere? aut si sic maluit dicere, cur non & illa itidem transtulit, Maneat innupta, aut viro suo reconcilietur? ut græcè habet, μετὸν ἀγαμΩ, οὐ τῷ αὐδρὶ αὐτῆς καταλαμψίᾳ.*

28. Tribulationem autem carnis habebunt ejusmodi.] *Quidam exponunt Carnis pro rebus necessariis, quod non facerent, si scièrent Gracè non esse genitivum, sed dativum, id est, ablativum nostrum, τῷ Καρκί.*

31. Et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.] *Gracè est Abutantur, sive (ut ad verbum traducam) &c utentes hoc mundo, uti non abutentes, οὐ οἱ χεώμαντοι κόσμῳ τέττα, οὐ μὴ καταχεώμενοι.*

CAP. IX.

5. **N**Unquid non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut

Cap. ix. LAUR. VATLÆ. COLLAT.

sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?] *Quid opus est addere Mulierem, cùm dictum sit Sororem?* quare puto transferendum fuisse Uxorem, cùm præsertim dicatur numero singulari, γυναικα. Ex quo datur intelligi, fuisse Apostolos suas uxores comitatas, quas ideo appellat sorores, quòd tanquam non uxores jam erant.

6. Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?] *Græcè abest Hoc, sed sic legitur,* Potestatem non operandi, τὸ μὴ ἔγειραι τοῦ. Non enim, mutatum est in Hoc.

10. Et qui triturat in spe fructus percipiendi.] *Græcè est,* Spei suæ participandi in spe, τὸ ἀπίστολον αὐτὸς μετέχειν τὸν ἀπίστολον.

13. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt? & qui altari deserviunt, cum altario participantur?] *Ego & verius & nitidius translatis. fēm:* Nescitis quod iij qui sacra faciunt, ē templo, sive ē sacro vescuntur, sive edunt? qui altari assident, altaris participes sunt, sive de altari participant? *Ἐκ διδασκαλίας οἱ Ιάκωβοι προστάσιον, οἱ τὰ ιερούς καθίστησι, τῷ δυοτάσσειν συμμετέχονται;* *Sacrum tam templum quam rem sacram significat: nonnunquam, ut in Jure Civili, furari sacram de sacro, id est, rem sacram de templo.*
Remigius. *Hoc loco Remigius sacrarium ad idola, altare*
ad

ad Deum refert. Quem, & item Thomam A- ^{Tho. Aqui-} *quinatem, non dico homines non sane excultos,* ^{nas.} *neque ita mulier bonis literis eruditos, sed* *ignaros omnino lingue Graeca, miror auctoritatis cō-* *mentari Paulum Gracem loquentem, præsertim* *post tot Gracos commentatores, & Latinos ejus-* *dem lingue peritos. Et postea adjunt Paulum se se* *post confecta commentaria Thome exhibuisse,* *testificantem à nemine magis, quam à Thoma* *intellectum. Etiamne magis quam à Basilio,* *Gregorio Nazianzeno, Chrysostomo? Quid* *Gracos dico? etiam magis quam ab Hilario,* *Ambroso, Hieronymo, Augustino? Pereamus,* *nisi id commentitium. Nam cur eum Paulus* *non admonuit errorum suorum, cum ob alia,* *tum ob ignorantiam lingue Graeca? Hac resfa-* *ceret mihi fidem, Paulum huic apparuisse, sicut* *eundem Apostolum apparuisse Ambroso, & lo-* *culum Gervasij & Prothasij patefecisse ipsius* ^{Loculus} *rei veritas indicavit. At iij quos modò nomina-* ^{Gervasij &} *vi, nollent à se dici commentarios illos esse fa-* ^{Prothasij} *ctos, nedum crederetur à Paulo Apostolo tan-* *toperefuisse comprobatos.*

19. Nam cum liber essem ab omnibus,
omnium me servum feci, ut plures lucrifa-
cerem:

20. Et factus sum Judæis tanquam Ju-
dæus, ut Judæos lucrarer: iis qui sub lege
sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non esset
sub lege, ut eos qui sub lege erat, lucrificare:

21. Iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant.

22. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.] *Gracè illud non legitur*, Cùm ipse non esset sub lege, sed aliquis de suo adjecit, quasi necessarium. *Nescio cur sic interpres transliterat potius quā si*, ut Judæos lucrer, sive lucrifaciam, κιρδίων, quasi sub lege sim: *cum dicat per tempus presens indicativi*, iis qui sub lege sunt. *Item*, *cum nunc per indicativum transferat*, postea transfert per subjunctivum, *cum dicere deberet*, Eos qui sub lege sunt, lucrifaciam: iis qui sine lege sunt, tanquam sine lege sim. *Abest à Graco verbum sive participium*, à sequenti non abest, μὴ ὡς ἀρχόμενον. Ideoque dicendum, Tanquam sine lege sim, cum sine lege non sim, sed in lege sim Christi, ut lucrifaciam eos qui sine lege sunt. *Item*, Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaciam: omnia omnibus factus sum, ut omnes salvos faciam. *Hoc autem quod dico, probat id quod sequitur*:

23. Omnia autem facio propter Euangelium, ut particeps ejus efficiar.] *In praesenti* Efficiar dixit, non in futuro.

25. Omnis qui in agone contendit.] *Sic peruvachia*

pervacua est præpositio. Est enim Agon certamen, non locus, diciturque nunc Græcè Agonissans, ἀγωνίζουσας.

26. Non sic pugno, quasi aërem verberans.] Videtur interpres accipere Pugnare pro pugnis certare, quia qui castibus pugnant, pugnis utuntur, siquidem πυγμαῖοι, est pugnis πυγμαῖοι certo. Melius ergo illi, quorum est Ambrosius, qui transferunt, Percutio pugnis. Nam quis alioquin intelligat hoc, quasi aërem verberans ait, id est, non frustra pugnos jaciens, sed hostem verberans, qui est diabolus, ante corpus,

CAP. X.

13. Tentatio non apprehendat vos, nisi humana.] Apprehendit legendum est temporis preteriti, non apprehendat, σύλησε.

22. An æmulamur Dominum?] Quidam hoc exponunt, quod invidemus Domino, quæ sententia longè abest à vero: sed forsitan est culpa interpretis, qui οὐδὲν μάλιστι interpretari æmulamur, quam Ad æmulationem provocamus, sive irritamus, sive ad æmulationem adducimus, ut ibi: Si quo modo ad Rom. 11. 16 æmulationem provocem carnem meam, μαρτυρῶσαι. Et ibi, Ad æmulationem vos adducam, μαρτυρώσω ideoque responder hinc sententia quod sequitur, Nunquid illo for-

tiores sumus? scilicet ut cum illo contendamus?

25. Omne quod in macellum venit.] *Melius in aliis codicibus legitur,* In macello: est enim Venit idem quod Venundatur , πωνούσερον.

28. Si quis autem dixerit, Hoc immola-
tum est idolis, nolite manducare propter il-
lum qui indicavit, & propter conscientiam;

29. Conscientiam autem dico non tu-
am, sed alterius.] *Cur ait, Conscientiam tu-
am, cum alloquatur multos, & non vestram?
Græcè est,* Conscientiam dico, non ipsius,
sed alterius, Τιμὴ των. Nam si legendum est,
Non tuam, sed alterius, hoc est, ejus qui in-
dicavit, cur tanquam diversa posuit, propter
illum, & propter conscientiam? cur non di-
xit, propter illius conscientiam? Non dixit
autem, Propter conscientiam illius, quia illi
concius erat, nos non in reverentiam idolorum
comedere idolothyta, sed propter ignorantiam.
Sic cui hec non placet sententia, dicamus dictum
esse Tuam pro Vestram, quia ad singulos lo-
quebatur: & Attice, Τιμὴ των, pro τιμὴ
οἰωνῶν.

CAP. XI.

5. **O**Mnis autem mulier orans, aut pro-
phetans, non velato capite, detur-

pat caput suum. Unum est enim atque id ipsum si decalvetur.

6. Nam si non velatur mulier, & tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum.] *Male in plenisq; codicibus auferatur, Atque id ipsum, quod Latinus transferitur Idem, τὸ ἄυτον. Sed cur dixit, Decalvetur & decalvari, potius quam deradatur & deradi?* τῇ ἐξυπημάνει. Ξεργάδη.

10. Ideo debet mulier velamen habere super caput suum propter angelos.] *Melius i codices, qui habent, Ideo debet mulier pontestatem habere, ἐξεριασθαι.*

13. Vos ipsi judicate, Decet mulierem non velatam orare Deum?

14. Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem, si comam nutriat, ignominia est illi :

15. Mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt?] *Gracē est, In vobis ipsis judicate, εὐ μὲν ἀντοῖς: Οὐ, An nec ipsa, sive, an ne ipsa quidem natura docet vos? οὐδὲ δὲ ἀντοῖς Reliquam partem sic transtulisse, Quod viro quidem, si comatus est, dedecus est ei: mulieri autem, si comata, honori ei est, quoniam coma pro velamine data est illi. οὐ δὲ τὴν ἑαν κομῆ, απομέτρειν αὐτῷ. γυνὴ δὲ ἑαν κομῆ, δέξαται αὐτῷ, οὐ δὲ κόμη. Non dixi Capillitum, quia Gracē est Coma, tum quia non sunt*

viro capilli interdicti, sed pralongi capilli, quam vocat Apostolus Comam: tum quia capilli ad virilem formam attonsi non decent fæminam.

21. Unusquisq; autem suam cœnam presumit ad manducandum.] Gracè est, In manducando, εἰ πλούτοις.

22. Aut ecclesiam Dei contemnitis.] Ego dicerem An, porius quam Aut.

Quid dicā vobis? laudo vos in hoc nō laudo.] Gracè est, Laudabo vos in hoc: εἰ πλούτοις.

23. Accepit panem, & gratias agens frēgit, & dixit:

24. Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.] Gracè est, Et cùm gratias egisset, δίχαιοις: neque est copula inter verba imperativa, sed tantum, Accipite, comedite, λαβετε, φάγετε: neque sequentium verborum idem ordo, sed hic, Hoc meum est corpus, τὸ μέρος τοῦ σῶμα. Verum quod maximum est, non dicitur, Quod pro vobis tradetur, sed quod pro vobis frangitur, τὸ ἔστιν υἱὸν οὐλόνεον, quod congruit cum illo ex Actibus Apostolorum: Quotidie quoque erant unanimiter perseverantes in templo, & frangentes circa domos panes, pro eo quod est, Dantes panem quem frangant.

Hoc facite in meam commemorationē.] Plerique accipiunt Commemorationem, ut dicimus commemorationem defunctorum, & ut omnes veteres accipiebant pro mentione,

*Et apud Terentium: Nam isthæc commemo- Andria ad
ratio, quasi exprobratio est immemoris be- 1. scena 1.
neficij. At nunc significat recordationem.*
Quare licet Gracè sit Meam, non Mei: tamen
quia illa non differunt apud eos ut apud nos,
quemadmodum in opere de elegantia probavi;
dicerem potius mei, ad significandam passionem,
sic, In mei recordationem, sive in mei memo- .
riam, eis riu' epulò aréphusor.

25. Quotiescumque biberitis, in mei cō-
memorationem.] *Quidam hunc locum cor-
rumpunt dicentes, Bibitis, tñnt. Eodem mo-
do corrumpunt sequentem:*

26. Quotiescumque enim manducabitis
panem hunc, & calicem bibetis.] *Legendum
est Manducaveritis & biberitis, tñnt, m-
runt. Sed hoc levius est.*

31. Quod si nosmetipso dijudicare-
mus, non utique judicaremur] *Gracè est, Si*
enim, ειςδε: nec addendum fuit Utique, nemo
enim veterum sic translatis: ειςδε οὐκενόμιδα.

C A P. XII.

3. **N**emo in spiritu Dei loquens, dicit
Anathema Jesu, & nemo potest di-
cere Dominus Jesus, nisi in spiritu sancto.]
*Gracè & pro Jesu, & pro Dominus Jesus, u-
trobique est casus accusativus, ἵνα δὲ, κύριος
τὸν δέ.*

10. Alij genera linguarum, alijs interpretatio sermonum.] *aliquis existimans non relecte bis scribi linguarum, mutavit in sermonem, γλωσσῶν. Quod probat id quod paulopost sequitur: Nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Videlicet Cor. 14.5. cert linguas. Et iterum: Nam major est qui prophetat quam qui loquitur linguis, nisi interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Ergo interpretatio ad linguas referatur: ut errant qui ajunt hanc interpretationem pertinere ad prophetiam, veluti si quis è Graco aut Hebreo in Latinum, aut econverso interpretetur: & illam aliam interpretationem, quæ ad sensum profundum eruendum pertinet, habere donum linguarum. Hac peccant, qui Graeca ignorant.*

13. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Gentiles, sive servi, sive liberi, & omnes in uno spiritu potati sumus.] *Grace est, In unum spiritum, eis ἐν μερίᾳ: aut si transferre volumus, In uno spiritu, necesse est ut per ablativum & illud transferamus, In uno corpore. Sive Judæi, sive Gentiles dicendo, parum constans est interpres, qui eandem dictionem, nunc Græci, nunc Gentiles transfert.*

25. Sed in id ipsum pro invicem solicita sunt membra.] *Melius in quibusdam codicibus legitur Id ipsum sine præpositione, ut nihil dicant*

dicant qui exponunt In unitatem corporis.
Sed non nihil causa in interprete est, qui maluit
dicere Sollicita sint, quam current. Ego sic
transferrem, Sed idem mutuo current mem-
bra, ἀλλὰ τὸ ἀντίον πέραν λίλων μεταμόσητα μέλη.

26. Sive gloriatur unum membrum,
congaudent omnia membra.] Legendum est,
non ut quidam sentiunt, quod de bonis suis gau-
deat, quemadmodum de homine gloriabundo
dicimus quod gloriatur, sed ut est apud Ioan-
nem, Clarifica nomen tuum, & clarificavi, Ioh.12.28.
& iterum glorificabo, δόξασον: nam idem est
verbum, δοξάζει. Ergo dicendum fuit, Sive
clarificatur, sive honorificatur.

27. Vos estis corpus Christi, & membra
de membro.] Quid est membra de membro?
Gracè autem est, Membra ex parte, videli-
cer quod omnes, qui boni sumus, sumus mem-
bra Christi ex parte, μέλην μέρους. Foritan in-
terpres incuria deceptus est, quod putavit scri-
ptum, ἐκ μέλος, a prolegens.

C A P. XIII.

1. **F**actus sum velut æs sonans, aut cym-
balum tinniens.] Non legitur Gracè
Velut, sed aliquid tanquam necessarium adje-
cit, γέρανα χάρης ήχων.

5. Non cogitat malum.] Non id signifi-
cat, quod non cogitat de malefaciendo, sed quod

non putat malum de aliis. *Iao dixisse*, Non putat malum, sive, ut solet interpres, non reputat malum, ἀλογίζει κακόν. Sunt alia minorata, sed in quibus nonnulli errant, ut in illo: Charitas patiens est. quod videlicet patiatur injurias. Gracè est, ut more interpre is transferam, Charitas longanimis est, μαρωθμένη. Et in illo: Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. *Hic quidam laudant virtutem distribuendi, que nunc gracè non nominatur, sed dicitur, sed si convertam, vel a liis modis, οὐ πιστός*. Et in illo:

8. Sive scientia destruetur.] *καταρρεύθησ-*
ται, ubi idem est verbum quod illuc, Sive prophetiæ, evacuabuntur: & illuc,

10. Evacuabitur quod ex parte est. Sed melius illuc quam hic usurpatur hoc verbum. *Etsi dicatur paulopost,*

11. Evacuavi quæ erant parvuli: quod transferri non potest Destruxi, sed vel abolevi, vel missa feci, & alii iterum modis, & item superiora.

13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, major autem horum est charitas] *Gracè Manet, non Manent, μέντος Qui-*
dam codices habent Harum, quod videtur fuisse dicendum Horum, ut ad illud Tria hæc referatur. Sed si dicimus Horum, dicendum erit Majus, sed Gracè non est generis neutri μείζων. *Hoc loquendi periculum fugiemus, si dicamus His,*

His, Gracè enim ambiguum est nōtā. Sed major his si dicimus, videtur Major esse seipsa charitas. Egoputo transferendum fuisse Major harum.

CAP. XIV.

7. **Q**uomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur?] Nunquid quod citharizatur, non canitur? Cur ergo dixit, Quod canitur, aut quod citharizatur? Gracè est, Quod canitur tibia, & ut ad verbū barbarè transferam, quod tibiatur. Quare sic translatissem, ne quid insolens & gracanicum admiserem, Quomodo scietur quod tibia canitur, aut cithara? αὐλούμενος οὐ καθηγεῖσθαι.

10. Tam multa utputa genera linguarū sunt in hoc mundo, & nihil sine voce est.] Gracè est, Et nullum eorum, ἡδὲ αὐτὸς ἀφωνος. Præterea Vocab, non Linguarum, φωνῶν, quod nescio an interpretauerit in Linguarum, an aliis, ne diceretur, Nullum genus vocum sine voce est. Ego transferrem, Et nullum absconum est, sive absurdum: quod videlicet omnis vox habet locum suum, & suam gratiam. Ideoque sequitur:

11. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.] Est autem Gracè, In me, & ipso.

Illud

Cap. XIV LAUR. VATLÆ. COLLAT.

Illud Mihi, magis transferrem Apud me.
Barbarus. Barbarus imperite quidam exponunt, nescien-
tes Græcum esse nomen, & propriè significare
Rom. 1.14. Non Græcus, unde illud, Græci & Barbari:
postea significatio dilatata, ut est apud Quinti-
lianum in Barbarismo.

13. Qui loquitur lingua, oret ut inter-
pretetur.] *Aut est sententia, Ut oret Deum,*
non ad hoc obtainendum ut interpretetur, sed
si aliqua lingua preces ad Deum faciat, sic fa-
ciat, ut ejus linguae interiorem sensum inter-
pretetur: ideoque sequitur:

14. Nam si orem lingua, spiritus meus
orat, mens autem mea sine fructu est. *hoc*
est, spiritus meus propter donum linguæ pre-
cibus utitur: sensus autem animi mei sine fru-
ctu est, quia non intelligit profunda ad interpre-
tandum alios. Quod autem idem sit Mens &
sensus animi, patet: quia quod nunc dicitur
Mens. Mens(vos) idem paulopost ab interprete trans-
Sensus. fertur Sensus. Sed in Ecclesia volo quinque
v. 19. verba sensu meoloqui, quam decem millia
verborum in lingua. Nobs. *Aut ut oret De-*
um, ad hoc obtainendum, ut quod una lingua lo-
quitur, altera que illorum est quos alloquitur,
interpretetur id quod sentit, ne mens ejus sine
fructu sit, sed alios instruendo edificet, & tunc
siet quod sequitur:

15. Quid ergo est? orabo spiritu, orabo
& mente: psallam spiritu, psallam & mente.

Id

Id est, orabo Deum spiritu, orabo & sensu atque intellectu, ut ab his qui audiunt, intellegar & sentiar. Item, psallam non modo spiritu, sed etiam mente ac sensu, quod sentiam me intelligi ab his qui audiunt. Alioqui quomodo is qui nescit quid dicam, respondebit amen super benedictione mea? id est, in oratione & cantione mea, hoc enim est psallere sine gratiarum actione. Verum nonnihil verba sequentia discrepant à Graeca veritate.

16. Cæterum si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? quomodo dicet Amen super benedictione tua? quoniam quid dicas nescit.] *Nam ἐστι, potius significat Quoniam, quam Cæterum. Verum hoc parvi refert: illud quod pluris refert, ipsa inspectio literæ indicat, non Quis legendum esse, sed Qui, ut etiam quidam codices habent. Sed quid sibi vult illud, Is qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet amen? ego mallem dicere, Qui implet, aut qui replet, ὁ ἀπανταπον. hoc est, qui non plus loci implet quam idiota, non qui locum supplet alterius. Nam si suppleret, utique scriber quid dices, cum ipse idiota non sit: Nec dicendum est, Super benedictione, sed super gratiarum actione tua, ὅτι τῇ Καὶ εὐχαιρίᾳ: quod probat id quod sequitur:*

17. Nam tu quidem bene gratias agis: εὐχαιρίᾳ.

27. Sive lingua quis loquitur, secundum duos,

Cap' xv. LAUR. VALLÆ COLLAT.
duos, aut multum tres.] *Et melius & verius transferat, Plurimum, sive ad summum, quam multum, maior.*

38. Si quis autem ignorat, ignorabitur.] *Gracè secus est, Si quis autem ignorat, ignorat: si dicitis agnosce, agnoscere.*

C A P. XV.

10. **E**T gratia ejus in me vacua non fuit.] *Gracè est, Et gratia ejus quæ est in me, n̄ eis èps. Clarius etiam translatum fuisse Inanis quam vacua, xxiij. Huic simile est quod statim sequitur: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Quomodo non ego, si gratia Dei mecum? Igitur dicendum est, Gratia Dei quæ est mecum, ἀλλ' οὐ χαίρε τὸ διόδιον εἰσι, ut nihil dicant qui hanc vocant gratiam Dei cooperantem. Paulus enim sibi hoc non tribuit, sed totum Deo refert acceptum.*

N.B.

23. Primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt, deinde finis.] *Gracè non est bis, Qui: nec crediderunt, sed sic: Deinde ij qui sunt Christi in adventu ejus, deinde finis. ἐπειδὴ οὐ τὸ Χερσὸν εἰ τὸ παρεστατὸν αὐτῷ. εἴ τα τὸ τέλος.*

26. Novissimè autem inimica destruetur mors.] *Ego maluissim dicere, Novissimus autem inimicus. Non ideo hoc dico, quia gracie ita habet, nā gracie Mors generis est masculinus.*

lini: sed quia solidior & consuetior sermo est, si dicatur Inimicus quam inimica, ἔχατο
ἔχθεός. Aut eleganter, Profligabitur novissimus hostis: mors namque non potest dici Inimicus, sed Hostis. Non enim potest mors habere amorem aut odium, unde quis dicatur Amicus aut Inimicus, sed oppugnare, quod est hostium. Unde apud Curtium de quibusdam barbaris, qui negabant se fuisse inimicos Alexandro, sed hostes: & apud Sallustium de his qui inter cadavera hostium repererunt alius amicum, alius inimicum. Idem autem est hic verbum Destruetur, seu potius destruitur, καταρ-
γεῖ, quod ibi evacuaverit, καταφύγει.

31. Quotidie morior propter vestram gloriam.] Melius in quibusdam codicibus legitur Per. Est enim mos jurandi Gracis per adverbium, ut apud Latinos per Si: ut cum dicimus, Si qua fides, si quid mihi creditis, si si jurandi homo sum. Aliquando nomen Dei conjungunt, ut in die: Tale est hoc iusjurandum Apostoli, quale cum jurat illud In veritate. Neque nunc accipienda est gloria illa, quæ dicitur δόξα, sed gloriatio, ναύκωσις. Nec, ut quidam faciunt, legendum est Vestram, sed Nostram, οὐατέζει.

32. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.] Melius in nonnullis editionibus legitur, Morimur, θνοθνίονομεν. Hoc Proverbiū fertur esse Laconicum, et si eo Esaias utitur. Isa. 42, 43.

33. Corrumput mores bonos, collo-
quia

quia prava.] Non est Gracè Colloquia, id est, mutua colloquia, sed alloquia, sive loquelæ, sive sermones: quo nomine jam pro Latino utimur Homiliæ, òμηλια.

34. Evigilate justi, & nolite peccare.] Ociosum est adhortari justos ad evigilandum, & ad non peccandum. Ergo legendum est, Justè òμηλιος: prasertim cum sequatur: Ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reverentiam enim vobis loquor.] Imò ad pudorem, ad ruborem, ad confusionē, οὐδὲ εἰργάλω.

38. Deus autem dat illi corpus sicut vult, & unicuique seminum proprium corpus.] Sicut voluit legendum est, ἡθέλνοντι.

40. Et corpora coelestia, & corpora terrestria: sed alia quidem coelestium gloria, alia autem terrestrium:

41. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, alia claritas stellarum: stella enim à stella differt in claritate.] Idem nomen est Gracè pro gloria, & pro claritate, videlicet illud quod propriè transfertur Gloria, δόξα. Veritus est, opinor, interpres dicere, Alia gloria Solis, alia gloria Lunæ, alia gloria stellarum: sed mihi quiddam maius significare videtur Gloria, sive majestas, sive dignitas, nam sic quoque transferri potest, quam claritas: utcunque sit, ego tamen non putassim variandas voces, cum id Apostolus ipse non faciat.

51. Ecce mysteriū vobis loquor: Omnes quidem

quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.] *Quod Latinè affirmatur hoc loco, id Gracè negatur: rursus, quod Latinè negatur, hoc Gracè affirmatur, sed uno verbo diverso: dicit enim, Omnes quidē non dormiemus, sed omnes immutabimur, quod etiam Hieron. testatur: πάντες δὲ κοιμηθήσεται, πάντες δὲ αἰώνιοθήσεται. Idem quoque probant sequentia:*

52. Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur: *quod videlicet erunt qui non morientur.* (*qui adstipulatur locus ille ad Thessalonicense: Si enim credimus quod Jesus mortuus est, & surrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Jesum Christum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, non præveniemus eos qui dormierunt: quoniam ipse Dominus in iussu, in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo: & qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra, & sic semper cum Christo erimus. Ecce quod non omnes dormiemus. Quidam autem, quorum est Augustinus, volunt eos qui residui erunt in adventu Domini, mori, & subito reviviscere: quasi veniente Christo, qui est vita nostra, commortui ad eum adventum vitam recipiant, i.e. qui vitam habent amittant, cum*

T

præ-

*præsertim dicat Paulus: Non tantum qui resi-
fidui sumus, sed etiam qui relinquimur, id
est, qui reliqui erimus à mortuis. Et quod re-
surrectio atque immutatio fieri in ictu oculi,
quasi credibile sit aliquos & morituros & revi-
tueros in ictu oculi. Quod si non omnes morie-
mur, quomodo omnes immutabimur? nunquid
& mali immutabuntur? quidni? ut boni excel-
lentiori corpore donabuntur, ita mali deteriori.
Et nihilominus magna est corporum immuta-
tio, ut non possint ullis ignibus cremari, neque
ullis suppliciis ab anima se Jungi. In momento,
in ictu oculi.] Græcè, In atono, ἀνόμῳ, quod
est in indivisibili, quale dicunt esse punctum.
Neque puto dici in ictu, sed in noctu, id est, in
uno motu oculi, πατήσῃ.*

55. Ubi est mors victoria tua? Ubi est
mors stimulus tuus?] Græcè aliter est, hoc est,
~~sc~~ transferri debet, Ubi tuus mors stimulus?
ubi tua inferne victoria? πᾶς ζεῦς δάκρυται τὸ κέρα.
Ἐγε; πᾶς ζεῦς εἰδεῖ τὸ τινθό;

57. Deo autem gratias, qui dedit nobis
victoriam per Dominum nostrum Jesum
Christum.] Græcè est, Deo autem gratia, qui
dat, χάρις τῷ διδόντι.

C A P. XVI.

1. **D**E collectis autē quę fiunt in sanctos,
sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, sic
& vos facite.

2. Per

IN EPIST. AD COR. I. 146

2. Per unam sabbati.] De collecta legendum est, quæ fit, & per unam sabbato-
rum: ~~de~~ i. j. & λογίας & τις τὰς ἀγίες, καὶ μέτα συν-
έστησαν.

Recondens quod ei bene placuerit.] *Non est Gratiæ*, Bene placuerit, *sed* quod facile sit,
sive quod leve sit, *sive* quod facile factu sit,
sive quod bene cedat, *enarrat* *Godof.*

9. Ostium mihi apertum est magnum & evidens] Et efficax dicendum erat, non enim dicitur *ērōp̄ys*, sed *ērōp̄ys*. Et aliud est *ērōp̄ys*, quod est evidētia & illustratio, & aliud *ērōp̄ys*, quod est efficacia, sive effectio, nisi forte ita scribi Grācē debuit.

12. Veniet autem cum ei vacuum fuerit.] *Imo cum opportunum erit, sine illo Ei vel sibi disponatur.*

21. Salutatio mea manu Pauli.] *Hoc dicti Latinè non potuit, Manu mea Pauli, ut in alio opere differri, tñ è my xeré.*

LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM PAULI AD
CORINTHIOS I.
FINIS.

T 2

E A U

Cap. I.



LAUR. VALLAE

COLLATIONES
IN EPISTOLAM
PAULI

AD

CORINTHIOS
SECUNDAM.

CAP. I.

2. R A T I A vobis & pax à
Deo patre nostro, & Do-
mino Jesu Christo.] *An-*
sic, an Domini Jesu Chri-
sti, ut in alia epistola dixi,
legendum fit, anceps est, nu-
ea l'nsa Xeisē.

3. Et Deus totius consolationis.
4. Qui consolatur nos in omni tribula-
tione nostra, ut possimus & ipsi consolari
eos, qui in omni pressura sunt per exhorta-
tionem qua exhortamur ipsi a Deo.] *Qui-*
dam putant aliud esse exhortationem quam
conflo-

EGOL. 3.



consolationem: cuius erroris in culpa est interpretari, quidem nomen varie transfert. Nam illud Totius consolationis, dicitur πάντος παρεγκλήσεως: & hoc per exhortationem, dicitur διὰ Ιησοῦ παρεγκλήσεως, & ita in reliquis. Ideoque supervacuo addunt,

6. Sive exhortamur pro vestra exhortatione & salute. *Quod Grācē non legi, ex eo probatur quod dixi, quod eadem forent Grācē verba.*

11. Ut ex multarum personis facierum ejus quae in nobis est donationis, per multis gratiae agantur pro vobis.] Non est Grācē utrumque Personis & Facierum, que ambo & apud illos, & apud nos, idem significant, dico personam sive faciem, ὁμοιοτέλεια. Hunc locum, nam perplexè translatus est, sic translatissem, Ut de gratia in me ex multis personis, sive respectu multorum collata per multis gratiae agantur propter vos. οὐαὶ τῷ πολλῷ περισσόποντι εἰς ὑμᾶς χάρισμα διὰ τολμῶν διχαρισθῆσθαι εὑρίσκεται εὑρίσκεται.

12. Sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos.] *Melius diceretur, Apud vos. οὐαὶ τῷ πολλῷ περισσόποντι εἰς ὑμᾶς.*

13. Cūm ergo hoc voluisse, nunquid levitate usus sum? aut quae cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me est & non?

14. Fidelis autē Deus, quia sermo noster, qui sit apud vos, non est in illo Est & Non.

19. Dei enim filius Dominus Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, & Silvanum, & Timotheum, non fuit in illo Est & Non, sed Est in illo fuit.

20. Quotquot enim promissiones Dei, sunt in illo Est, ideo & per ipsum amendi-
co ad gloriam nostram.] *Gratia est*, Hoc igi-
tur volens, nunquid levitate usus sum? aut
quæ consulo, secundum carnem consulo, ut
sit apud me etiam, quod est etiam, & non
quod est non? Fidelis autem Deus, quod
sermo noster apud vos non fuit etiam & no-
Dei enim filius Dominus Jesus Christus,
qui in vobis per nos prædicatus est, per me,
& Silvanum, & Timotheum, non fuit et-
jam & non, sed etiam in ipso fuit. Quot-
quot autem promissiones Dei sunt, in ipso et-
jam sunt, & in ipso amen Deo ad gloriā per
nos. *Nihil hīc obscuri est, nisi in insolentia di-
ctionis indeclinabilis*, Etiam, de qua superius
disputavi, præserim cum nos carissimi articulo,
quem Grati habent. Itaque in illo, sed
Etiam in ipso fuit, subintelligas in ipso Et-
jam, non ut quidam imperitè referant, In illo,
sive in ipso ad Christum, τὸν ἐν βουλῶμεν Θ.,
καὶ σέα τῇ ἀλφείᾳ ἐγνωμόνῳ, καὶ βουλῶμεν,
καὶ Σάρκα βουλῶμεν; οὐαὶ γάρ τῷ μοι τὸν, τοῦ
τοῦ εἰ. εἰ πιστὸς γίνοι θεός, δηπόλιθού Θ. οὐ μή τοις οὐ-
μάς εἴτε ἔχετο νοῦς, οὐδὲ τὸ Σεού φός ὁ κύριος Θ. Ιη-
ορος Χειρός, οὐδὲ υμῖν διὰ μηδέποτε καρυκεῖσι, διὰ μου.

Ἐπιλεγεῖς, ἢ Τιμοθέου, εἰς ἐγενέτοντα ὑπόστατον, αὐλαὶ ται
οἱ ἀντεῖς γέγονται. οἵτινες εἰς παραγγελίαις θεῖς, οἱ ἀντεῖς τοῦ
τοῦ, οἱ τοῦ αὐτοῦ, τοῦ αὐτοῦ, τοῦ αὐτοῦ, τοῦ θεοῦ τοῦ δόξας διά
ι μηδέ.

22. Qui & signavit nos, & dedit pi-
gnus spiritus in cordibus nostris.] *Nunc pi-
gnus Gracē dicuntur arrabo appalāvā Quo qui-
cūm tam tanquam Latino utuntur: ut Plau-
tus in Mustellaria, & in Penillo.*

CAP. II.

15. **N**am & ego quod donavi, si quid
donavi.] *Legendum est, Nam & e-
go, sive, etenim ego si quid donavi, cui do-
navi, η γε εἴπει καχές οὐας, ωκεχίσις μας.*

16. Et ad hæc quis tam idoneus?] *Abeſt
à Græco tam, ratioque ostendit abesse debere,
ne sit ſententia arrogantior. Dicitur autem,
Et ad hæc quis idoneus? *Iis iñavīs, sive quis
ſufficiens? ut p̄ autopōſt;* Non quia ſufficien- 2. Cor. 3. 5.
tes ſumus cogitare aliquid ex nobis, tan-
quam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex
Deo eſt, iñavī, iñavīs. *Mutavi Quasi in
Tanquam, quia Quasi improprium erat.**

17. Non enim ſicut plurimi, adulteran-
tes verbum Dei, ſed ex ſynceritate, ſed ſicut
ex Deo] *Primum Sicut proprium eſt, ulti-
mum improprium, quippe in quo non eſt ſimi-
litudo, ideoquedicendum Velut, ſen Tanquam.*

Dixi ultimum, quia Græcè ter dicitur ὥς, ubi ostendi, & tertio ubi dicitur, hoc est, ubi dici debet, Sed tanquam ex synceritate. Neque Græcè dicitur adulterantes, sed cauponantes, καπνάδοντες. quo verbo usum Ennium Cicero in testimonium citat:

Nō cauponantes bellū, sed belligerantes.

Cauponari. Estque hoc loco venustior metaphorā Cauponari, quam adulterare.

C A P. III.

6. *Qui & idoneos nos fecit ministres novi testamenti, non litera, sed spiritu.] Quid si & vult, Fecit nos ministros non litera, hoc est, per literam? Quis enim minister factus est per literam & certe nemo. Ergo dicendum, Qui fecit nos ministros non literæ, quod est vetus testamentum, sed spiritus, quod est novum testamentum: quia litera veteris testamenti occidebat, spiritus ejusdē, quod est novum testamentum, vivificat: εἰ γέμυσθαι μὲν διὰ πλάνης.*

7. *Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria. Hoc loco nihil dicerem, nisi propter nonnullos qui exponunt participium deformata, nunc perfecte, nunc imperfecte formata. Græcè est, In literis informata, εἰ γέμυσθαι μὲν πλάνην. Sed interpres voluit logis elegantius Deformata.*

Deformata

mata pro formata, ut demolitur pro molitur, deosculatur pro osculatur: licet in exponendo verbo Depositum, Ulpianus velut De auge: e: nunc autem non auget, nec ad hoc respxit interpres veteres secutus, ut est apud Quintilianum; Marmora deformata prima manu.

10. Nam nec glorificatum est quod claudit in hac parte, propter excellentē gloriā.] Transferam & ipse hunc locum meo arbitratus deinde exponam: Neq; enim glorificatum est id quod fuit glorificatum in hac parte propter excellentem gloriam. οὐδὲ δέ περιεστάτη τὸ περιεστάτη τὸ μέρος. ἐνεκού τοῦ παρόδηλου δόγματος. Et est sensus: Testamentum vetus & lex Mosaica, et si gloriosum fuit, tamen quantum ad hunc locum pertinet, id est, comparatum cum novo, non debet haberri pro glorioso, propter gloriam illi praeclarentem.

13. Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israël in faciem eius quod evacuatur.] Nescio quo pacto mutatum sit Finem in Faciem. Sic enim legitur Gracè, In finem ejus quod evacuatur, sive destruitur. εἰς τὸ τέλον nisi propter affinitatem literarum, quæ sunt in finem, & in faciem.

14. Sed obtusi sunt sensus eorum] Ego maluisse dicere Cæcati, quia de cæcitate Israël nunc agitur, ἀπωρῶν. Et sensus nunc pro-

Cap. iv. LAUR. VALLÆ COLLAT.
priè diceretur Senfa, quæ sunt mentis: Sed
cæcata sunt sensa eorum, Ià vñmata.

Speculator. 18. Nos verò omnes revelata facie glo-
riam Domini speculantes, in eandem ima-
ginem transformamur à claritate in clarita-
tem, tanquam à Domini spiritu.] *Nusquam*
reperi speculari à speculum, ut hic est, sed à
specula: quanquam Gracemagis est significa-
tio passiva, et non reūque: hoc est, illuminati
gloria Domini, tanquam specula quæ lumen
accipiunt: sic enim Graci intelligunt. Neque a-
pudeos ligitur, In eandem, sed sine præpositio-
ne: neque aliud nomen est à claritate in cla-
ritatem, quam gloria. ἐπεὶ δέξασθε δόξαν, hoc
est, ut illi exponant, à gloria divinitatis in no-
stram. Quidam exponunt claritatem alio mo-
do, recedentes à significatione Gracie dictionis:
sed erroris eorum, ut dixi, in culpa est inter-
pres varie transferens. Sed cur non possit dici,
A Domino spiritu? nam incertum quo modo
accipiatur: an etiam tertio modo, qui mihi mi-
nus probatur, A Domino spiritus, ἐπεὶ κυρίου
μέδιατο.

C A P. IV.

2. **N**on adulterantes verbum Dei] *Non*
idem hic quod superius est Gracem
verbum, sed quod à dolo descendit, dolentes, hoc
est, dolose utentes verbo seu sermone Dei.
6. *Quia*

6. Quia Deus, qui dixit de tenebris lu-
men splendescere, illuxit in cordibus no-
stris.] *Legendum est, Qui illuxit, videlicet,*
quia Deus est, qui dixit, qui illuxit, ὁ θεός αὐτοῦ.
Ad illuminationem scientiæ claritatis
Dei in facie Jesu Christi.] *Defino amplius*
loqui de claritate, quæ eadem dicitur gloria
sive majestas, δόξα. Sed cur magis In facie
quam in persona, προσώπῳ ut in illo superiori,
Si quid donavi in persona Christi, προσώπῳ. c. 2, 10.

7. Habentes autem thesaurum istum in
vasis futilibus, ut sublimitas sit virtutis
Dei, & non ex nobis.

8. In omnibus tribulationem patimur,
sed non angustiamur: aporiamur, sed non
destruimur:

9. Persequeutionem patimur, sed non de-
relinquimur: dejicimur, sed non perimus.]
Melius in quibusdam codicibus legitur, Ha-
bemus autem, ἔχομεν. Nec legendum est, ut
sublimitas sit virtutis Dei, sed ut sublimitas
virtutis sit Dei, & non ex nobis, hoc est, vir-
tutis nostra. Nec tam sublimitas transferen-
dum fuit, quam excessus, sive supergressio-
ne in ἡρῷον τὸ Δυνάστεῖον. Nec Gracē est,
Tribulationem patimur, sed per participium,
& ita in sequentibus, quæ est multo amœnior
oratio sic: In omnibus tribulati, sed non an-
gustiati; aporati, sive afflictati, sed non ex-
aporati, sive destituti, sive animo defecti-
perse

persecutionem patientes, sed non derelicti,
sens destituti: dejecti, sed non pereuntes.
Ἄλιγμενοι, ἀλλ' εἰ σεροχαρέμενοι Ἀπορέμενοι, ἀλλ'
εἰ καὶ ξεπορέμενοι. Διωκόμενοι, ἀλλ' εἰ καὶ εὐαγγελιστό-
μενοι καταδηγήμενοι, ἀλλ' εἰ καὶ ἀπονόμενοι.

15. Ut gratia abundans per multas gra-
tiarum actiones, abundet in gloriam Dei.]
Gratia sic habetur, ut gratia multiplicata pro-
pter plurim gratiarum actiones, abundet
in gloriam Dei, πλεονάσου διὰ Ιησοῦ παντούς δι-
αρριστα.

17. Id enim quod in præsenti est mo-
mentaneum & leve tribulationis nostræ.]
Non legitur Gratia momentaneum, sed tan-
tum leve, ἀλαζόνη.

C A P . V.

4. **E**O quod nolumus expoliari, sed super-
spoliari, vestiri.] Spoliari est per vim, Gratia
est Exui, ἐκδύσας Etiam melius dicatur Su-
perindui, quam supervestiri, ἐπεδύσας,
sicut dixerat paulo ante: Superindui cupien-
tes, ἐπεδύσας.

8. Audemus autem & bonam volunta-
tem habemus magis peregrinari à corpore,
& præsentes esse ad Deum,

9. Et ideo contendimus, sive abeuntes,
sive præsentes placere illi.] *Ego sic transfor-*
rem: Confidimus autem & præoptamus
peregri-

peregrinari à corpore, & non peregrinari à Domino, sive foris esse à corpore, & domi esse apud Deum. Ideoque studemus, sive non peregrinantes, sive peregrinantes illi placere. *Non possumus leporem Gracorum verborum exprimere, ἐνδημῶν, quod est in populo, sive domi suæ esse: Ἐνδημῶν, quod est ἐκδημάτων.* domo, & à suis abesse.

11. Deo autem manifesti sumus, spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse.] *Gracē est præteriti tempori, Manifestati sumus, παρεγώθα, & manifestatos nos esse, παρεγώθη.*

13. Sive enim mente excedimus, Deo: sive sobrii sumus, vobis.] *Quidam putant excedere, esse mente ad divina transcendere: nunc autem dicitur cedere è mente, quod Graci appellant Ecstasi, in quo nomine non est mens, sed extra se hominem. Nunc autem Paulus hoc sentit, Sive desipimus Deo desipimus: sive sapimus, vobis sapimus, οὐδὲ σημαντίαν.*

15. Aëstimantes hoc]*Gracē est, Judicantes, κείμενα.*

16. Itaque nos ex hoc nemine novimus secundum carnem.] *Negat Graco respondet, negat, apertè dicitur Latinè: Gracē enim dicitur, Exnunc, sive secundum quosdam, A modo, ἀπὸ τοῦ: Latinè dicimus Posthac, deinceps, & secundum Curium, de cætero.*

19. Non

19. Non reputans illis delicta ipsorum.]
Mallēm dicere, Non imputans illis delicta sua, οὐδὲν θέμα.

C A P . VI:

1. **A**djuvantes autem exhortamur vos.]
Non dicit Apostolus, ut quidam volant;
 adjuvantes vos, sed Deum. *At adjuvari Deum ab homine, nephias dictu isti putant, qui adjuvari potius homines à Paulo volunt. Sciant ergo hi se recte sentire, & Gracē esse Coo-*
perantes, προσεγγόντες.

4. Sed in omnibus exhibeamus nos sicut
 Dei ministros, in multa patientia.] *Cur non*
potius, Sed in omnibus, sive in omni re com-
mendantes nos metipso veluti Dei mini-
istros? ἀλλ' εἰ πωσὶ οὐσῶντες ἔστων, οὐδὲν
δικοντος.

8. Ut seductores, & veraces:

9. Sicut ignoti, & cogniti : quasi mori-
 entes, & ecce vivimus: ut castigati, & non
 mortificati:

10. Quasi tristes, semper autem gau-
 dentes : sicut egentes, multos autem locu-
 pletantes: tanquā nihil habentes, & omnia
 possidentes.] *Ajunt quidam docti, plus inef-*
se majestatis in illa Homerī simplicitate, quam
gratia in illa Vergiliū festivitare, ubi ille Gracos
Principes populosque, hic Italos enumerat. Ita
boc

hoc loco mihi videtur festivitas hac interpre-
tis in variandis dictionibus, ut nunc dicatis.
Quasi, nunc tanquam, nunc sicut, nunc ut,
non tantum decoris habere, quantum Graca
ipsa simplicitas, id est, Paulina oratio sublimis,
atque urgens ejusdem dictionis repetitione in
principio sententiarum, hoc modo: Ut seducto-
res, & veraces: ut ignoti, & cogniti: ut mo-
rientes, & ecce vivimus: ut castigati, & non
mortificari: ut tristes, sed semper gauden-
tes: ut egentes, multos tamen locupletan-
tes: ut nihil habentes, & omnia possidentes.
Passemus itidem incipere per Quasi, per Tan-
quam, per Velut, sed non per Sicut, itaque in-
terpres dum more suo accerfit gratiam varie-
tatis, ostendit se non plenè tenere significata
harum dictionum, quas nil differre existimat.

C A P. VII.

ro. Q Uæ enim secundum Deum tristitia
est, poenitentiam in salutem stabi-
lem operatur.] Non refertur stabilem ad sa-
ludem, sed ad poenitentiam, quod Græcè dicitur
Impoenitibilem, ἀποταμένην, quemquam
duo vocabula Graca μετάνοια & μεταμέλεια dif- μετάνοια.
ferunt à nostro. Nam poenitentia dicta est à Poenitentia
poenitet, quod est tacer, vel piget, ut apud
Vergilium:

Nec te poeniteat calamo trivisse labellū.

De

De quo vocabulo Aul. Gell. pro M. Tullio contra Asinium Pollio nem disputat. Graeca vocabula dicta sunt à sensu retractando, & cura in melius mutanda: elegantior dictio, ut ait Laelius, quam nostra. Itaq; in nostro verbo significatio est, tristitia commissi: in Græci, mentis emendatio. Quare nihil dicunt qui super hunc locum disputantes, an tristitia iam sit quod poenitentia, ajunt triplicem esse pœnitentiam, unam que est contrito, alteram que est confessio, tertiam que est satisfactio. Quæ sententia cum falsa sit, tum nihil ad explanandam sententiam Pauli faciens.

C A P. VIII.

2. **E**T altissima paupertas eorum abundavit in divitias simplicitatis eorum:

3. Quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarij fuerunt.] *Si interpres transtulisset Profundissima, nemo accepisset hoc vocabulum aut pro nobilissima, aut pro excellentissima: verum interpres accipit altissima pro profundissima,*

Rom. xi. 33. xxi. 8^a, sicut alibi, O altitudo divitiarum,

pro eo quod est profunditas divitiarum, quamquam nunc non est superlativum. Si dixisset idem pro viribus & supra vires, nemo accep-

durus. Dúrus. sive propriæ vim, aut vires significat, sive potestatem, sive facul-

facultatēm. Etiam illud Voluntarij, Grāce dicitur à uita ipsi: quod quidam, non tamen à uita ipsi priscorum, quod sciam, transferrent, nunc ul- tronei, nunc spontanei, quod frequentius dicuntur Ultrad, aut sua sponte.

8. Non quasi imperans dico, sed per a- liorum sollicitudinem etiam vestræ charita- tis ingenium bonum comprobans.] *Vix ulla in codice Grāco legitur Bonum: ac ne Ingēni- um quidem puto legendum.*, γένος quod ad Philippenses transfertur Germanum, ubi di- citur, Germane compar, Λύτη γένος. Forte Phil. 4, 8. interpres translatis Ingenuum pro ingenuita- te: nos autem sciamus Grāce significari ger- manitatem quandam mentis, sive animi in- genuitatem, nec ingenium nominari. Illud autē Comprobans, solet interpres sapienter trans- ferre Experiens, sive experimentum capiens, hoc est, δοκιμάζων, pro experimento, δοκιμή.

18. Misimus autem cum illo fratrem, cuius laus in Euangelio;

19. Non solum autem, sed & ordinatus ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ.] Non dicitur Latinè, Non solum autem, sine ulla verbo, sed sic, Neque id solum. Ordina- tus non planè respondet Grāco χειρονόμεις, quod est Creatus, vel Electus, quod verbum tractat est à tollenda manus in aliquis rei approbatio- nem. In hac gratia, quæ ministratur à vo- bis ad gloriam Domini, & destinatam vo-

θρησκεία. luntatem vestram.] *Imò ad promptitudinem,* seu alacritatem vestram in dando, *θρησκεία.* *Quod vocabulum paulopòst transfert,*
ε. 9. 2. *Scio enim promptum animum vestrum,* *θρησκεία:* *pauloanè:* *Quemadmodum promptus est animus voluntatis,* *θρησκεία.* *Voluntatis Gracè est volendi,* *θέλειν.* *Et mox:* *Si enim voluntas prompta est,* *θρησκεία.* *Hunc locum ridiculè quidam exponunt,* Destinatam voluntatem, prædestinatam à Deo, qui prædestinavit ab eterno vos talem voluntatem habere. *Has ineptias effutuunt qui Gracæ lingue ignari exponunt è Graco traducta.*

21. Providemus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.] *Gracè abest Enim: nec verbum est, sed partcipium, sic,* Providentes bona, *προνοούμενοι.*

23. Sive pro Tito, qui est socius meus & adjutor in vobis, sive fratres nostri Apostoli ecclesiarum gloriæ Christi.] *Abest Gracè relativū, sed sic,* Sive pro Tito socio nostro. *εἴτε οὐ τίτος, κοινωνὸς ἐμὸς.* Nec gloriæ genitivi, sed gloria nominativi legendū est, *δόξα.* *Nec intelligendum est, ut quidam sentiunt,* quod Apostoli miserunt, sive induxerunt hunc ad solicitudinem pro vobis habendam, sed quod hi sunt Apostoli ecclesiarum Iudæa ad exigendam collectam, missi inquam ab ecclesiis, non alterum mittentes.

C A P. IX.

7. **N**on ex tristitia, aut necessitate.] *Non est accipiendum ex necessitate pro necessariō, & coacte, ut quidam volunt, non enim praeponeretur praepositio: sed ex indigenitia.* *Quis enim cogebat dare Corinthios?* ἀπάγκης.

8. Potens enim est Deus omnem gratiam abundare facere in vobis.] *Non est Gracē Facere, ideoque transtulisse: Omnem gratiam suppeditare in vobis,* προσενέσαι τις υμᾶς.

10. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabat, & multiplicabit semen vestrum, & augabit incrementa frugum justitiae vestræ.] *Gracē legitur & aliis dictionibus, & optative sic:* Qui autem ministrat semen seminanti, & panem in cibum ministret, & multiplicet semen vestrum, augeat genimina justitiae vestræ: οὗ διπλοῦν τὸ στέρμα τῷ αὐτί-*ερον, καὶ ἄρτου τις βραστόν, χορηγίου, καὶ τληθύ-νου τὸ στόρον υἱόν, καὶ αὐξήσου τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης υἱόν.*

11. Ut in omnibus locupletati abundatis in omnem simplicitatem.] *Duae dictiones redundant, Ut & Abundetis. Siquidem sic legitur Gracē, Locupletati, sive ditescen-*

tes, τὸν δὲ μέρος, in omnem simplicitatem.
Dependet enim oratio ab illo superiori, Abun-
detis in omne opus bonum.

v. 8.

C A P. X.

4. **N**am arma militiæ nostræ non carna-
lia, sed potentia Deo ad destruc-
tionem munitionum,

5. Consilia destruentes.] *Ego ad tollen-
dam ambiguitatem dixisse, Sed Deo valida
ad demolitionem munitionum, ἀεὶ γὰρ θά-
γεσιν ὁχυρωμάτων, ut intelligatur munitiones
bellicas esse, non alias, sicut ipse interpres fecit, qui
pro cogitationes λογισμούς, posuit consilia, ne
forat ambiguū, & lector illud Destruentes
referret potius ad cogitationes quam ad nos.*

7. Quæ secundum faciem sunt videte.]
*Imò videtis. Est autem Gracè ambiguū, sed
pleriq[ue] Gracorum etiam interrogative legunt,
ut imperativum esse non possit, βλέπετε.*

12. Non enim audemus inferere, aut
comparare nos quibusdam, qui seipso commendant, sed ipsi in nobis nosmetipso me-
tientes, & comparantes nosmetipso nobis:

13. Nos autem non in immensum glo-
riabimur,] *Multum hoc differt à Gracæ ve-
ritate, quæ est hac: Sed ipsi se apud se meti-
entes, & comparantes seipso fecum, non
intelligunt: nos autem, &c. am' atri er' av-
tois*

*τοῖς ἐκπέμψεσσιν, καὶ συγκείνοντες ἐκπέμψεις ἐκπέ-
μψεις, καὶ συγκένση. Hoc quod dico, confirmant An-
gustini in lib. de Civitate verba, dicentis: Et
sit illis, quod ait Apostolus: Comparantes
enim semetiposos sibi metiposos, non intelli-
gunt.*

CAP. XI.

1. **V**TINAM susciperitis modicū quid in-
sipientiæ meæ.] Non legitur Gracè
Quid. *Hoc autem totum sic transferrem:* Utinam susciperetis parumper insipienti-
am meam: *vel*, Utinam susciperetis me pa-
rumper propter insipientiam meam, ὅφελον
ἀνέχεσθε μου μηρὸν τῷ ἀρροσθένῃ.

3. Timeo autem ne sicut serpens Euam
seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus
vestri, & excidant à simplicitate quæ est in
Christo Jesu.] Non legitur Gracè, Et exci-
dant: *quod aliquis ideo adjectit, quod absurdum*
videbatur, Corrumptur à simplicitate quæ
est in Christo: quæ absurditas in Graco fonte
non timeretur, quia non dicitur ἄτο, sed άτο. Hoc
*periculum devitari poterat ab interprete, si fu-
isset usus verbo, quod vulgo vocatur Inchoati-
vum, quod à passivo non differt. nisi quod non*
postulat ablativum cum præpositione à vel ab,
ut calefio à Sole, non autem calesco à Sole;
*ita nunc dici poterat, ne tabescant, ne mar-
cescant,*

cescant, ne exolescant, si modò hac verba sint accommoda. Illud autem voluntaria, maluisse mentem transferre sensa quam sensus: nam soles trans ferri cogitationes. A mente enim derivatur, sive ab intelligendo, ut superius dixi.

5. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis.] *Ego sic transferrem:* Existimo enim nihilo me inferiorem fuisse præcellentibus Apostolis: μηδὲν οὐερκέναι τοι
μῶτες λίαν ἐποσόλων.

6. Etsi imperitus sermone, non tamen scientia.] *Propter hoc quod interpres ait,* Imperitus sermone, quidam exponunt, quod Paulus erat balbus, & impedita lingua, quasi dicatur Impedito sermone. Homines verè impedito sermone, atque adeò impedita scientia, qui sic sentiant & loquuntur. Gracè legitur Idiota verbo sive sermone, *ἰδιώτης πρὸ λόγῳ.*

7. Aut nunquid peccatum feci?] *Gracè est,* An peccatum feci? *ἢ ἀμαρτίαν επινοεῖ;*

Pseudo. 13. Nam hujusmodi pseudoapostoli.] Non est legendum Pseudo, sed sine o, ut sit una dictio, *Ἄλλοπόσολοι.* Pseudo enim nihil est, sed in compositione, ut in Pseudopropheta, in Pseudochristo, atque in ceteris sic dicitur: quia ut nos in uitium in componendo, ut in armiger, primipilaris, mellifluus, ita Graciuntur o, ut discophorus, protomartyr, Timotheus, Theophilus, Allophylus.

16. Ut ego modicum quid glorier.] *Grac-*

Græcanicè locutus est Modicum quid pro aliquantulum, sive aliquantis per, μηχόντι.

23. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagiis supra modum.] *Græcè in duobus prioribus idē adverbium est Abundantius, τειωτέρως. In tertio quoque Gracè dicitur uno adverbio, quod non habens interpres, dixit duabus dictionibus. Aliquis barbarus transtulisset Excessivè, quod adverbium respondet Graco οὐ επεργόντως. Hoc ideo dixi quod non est accipiendo, ut quidam volunt, supra modum humanæ virtutis.*

24. A Judæis quinques quadragenas una minus accepi.] *Gracè est Quadraginta, τεσαγκοντα, ut subaudiatur plaga, quia sequitur, Una minus, Latinus tamen dicitur, Quinquies unde quadraginta accepi, hoc est, una dempta de quadraginta : qui mos loquendi à Gracis ad nos traductus est.*

C A P. XII.

I. **S**i gloriari oportet, non expedit quidem.] *Gracè non legitur adverbium Si, & vix ullo in codice verbum Oportet, sed dictio quadam adverbialis, sive conjunctiva, vix, vel aliquid tale significans, δὲ, quæ simillima est in literis & sono verbo Oportet, δὲ, nec legitur Gracè Quidem, sed Mihi, εμοὶ, ut sit. Gloriari non expedit mihi.*

V 4

4. Et

4. Et audivi arcana verba , quæ non licet homini loqui.] *Grace est Ineffabilia verba, ἀρρητα.*

7. Et ne magnitudo revelationum extollat me , dat.] *est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satans, qui me colaphizet.*

8. Propter quod ter Dominum rogavi.] *Grace est, Et superlatione, sive excellentia revelationum ne extollar, datus est mihi stimulus, sive fudes carni, sive in carne, angelus Satan, ut me colaphizet ne extollar: οὐ γάρ οὐδεπολὶ τὸν πόνον τούτον ίμα μὴ οὐδεποτίσαι, εἰδέναι μου Σπόλον τὸν Καρπό, ἀγγελόθε σατᾶν, οὐ με κολαφίζει, ίμα μὴ οὐδεποτίσαι. οὐτέπερ πύτε.*

9. Nam virtus in infirmitate perficitur.] *Grace est, Nam virtus mea, δύναμις με, Cum quo congruit quod sequitur de virtute Christi. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.] Grace est, Libentissime, hoc est, cum maxima voluptate, igitur magis gloriabor, ἀδιστα τὸν μᾶλλον ψυχήσουμας.*

11. Nihil enim minus fui ab his qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum.

12. Tamen signa Apostolatus mei facta sunt super vos.] *Dixi superius quomodo transferendum erat illud, Minus fui. Hoc autem quod dicitur, Apostolatus mei, Grace non ista legitur, sed Signa Apostoli, τὰ σημα-*

14. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos.] *Non hic, sed paulopost legitur, Hoc tertio cum dicitur: Ecce tertio hoc venio ad vos, οὐτοὶ τέταρτοι ἔρχουσι.* Non dicitur Latinè, Tertio hoc, quia tertio non est nomen. Quid igitur? hac tertia vice? non reperti apud elegansissimos autores in hanc significationem accipi Vicem. Ego mallem dicere: Ecce jam tertio venio, sive, quod Graco magis respondet, tertium.

19. Olim putatis quodd excusemus nos.] *Non est legendum Olim, sed Iterum, πάλιν.* Forte interpres putavit se legere propter similitudinem literarum, πάλαι, quod significat Olim.

CAP. XIII.

3. **A**N experimentum queritis ejus, qui in me loquitur Christus?] Non legitur Græcè interrogativè, nec per An, sive Aut, sed per Quoniam, εἰπεί. Præterea male additur Ejus, quasi multi sint Christi. Postremo nec Græco respondet, nec Latinè dicitur Christus, cum præcedat Ejus. Ego sic ad verbum translissim: Quoniam documentum queritis in me loquentis Christi, ἐπειδὴ μετὰ τὸ Χειστοῦ. Dixi documentum pro comprobatione & experimento, quod forte dicatur Elegantius Specimen, & id respondeat magis ad significatum

V 5

Graci

Ca.xiii L.VAL.GOL. IN EPIST. AD COR. II.

Graci nominis, Documentum magis ad sōnum: quod nescio cur quidam accipient pro doctrina, ut in Hymno: Et antiquum documentum novo cedat ritui.

7. Oramus autem Deum vivum.] *Grecè non pluraliter, sed singulariter: nec Oro, sed opto: nec Deum, sed ad Deum, seu apud Deum vivum: & χορων της την θεον. Panlopòst pluraliter legitur:*


9. Hoc & oramus vestram consummatiōnem.] *Optamus legendum est, & χόρωσα.*

10. Ut non præsens durius agam.] *Grecè est, Ne præsens abscisse utar, οὐτόμως χειρωματ.*

11. De cætero, fratres, gaudete,] *Posset etiam transferri Valete, χαιρετη.*

**L A U R E N T I I V A L L È
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM PAULI AD
C O R I N T H I O S . II.
F I N I S .**

L A U R .



LAUR. VALLAE
COLLATIONES IN
EPISTOLAM PAULI
AD
GALATAS.

CAPUT I.

6.



IROR quod sic tam ci-
 tò transferimini ab eo,
 qui vos vocavit in gra-
 tiā Christi.] Aut Sic,
 aut Tam esse supervacu-
 um, probat non solum
 Graeca veritas, sed etiam
 ipsa loquendi absurditas, & nos ταχτοι. Neque
 in gratiam legendum est, sed in gratia, εν χρι-
 stō.

7. Nisi sunt aliqui qui vos conturbant.

Ma-

Cap. II. LAUR. VATLÆ. COLLAT.
*Maluisse dicere, Nisi quidam sunt, qui
tip̄s eis.*

10. Modò enim hominibus suadeo , an Deo?] *Nescio an melius, ut Gracè est, per ac-
cusativum transferatur, Homines suadeo, si-
ve persuadeo, an Deum? non dico ut idem si-
gnificet quod Per Deum , sed Suadeo huma-
na, an divina? ἀνθρώποις πείθω, οὐ τὸν Θεόν;*

13. Persequebar Ecclesiam Dei, & ex-
pugnabam illam.] *Contumelia fit Deo, cuius
ecclesia dicitur expugnari. Ergo oppugna-
bat, non expugnabat, id est, oppugnando ca-
piebat: ἐπέβαθυ.*

17. Neque veni Hierosolymam ad ante-
cessores meos Apostolos.] *Gracè est, Neque
redij Hierosolyma ad eos qui fuerant ante
me Apostoli, ὃδὲ ἀνηλθον εἰς τὰ Ι'εροσόλυμα ως
Τὴς οὐδὲ ἡμῖν ἀποσόλας.*

23. Tantùm autem auditum habebant.]
*Cur non potius, Tantum autem audierunt?
nam Gracè est, Tantum autem audientes fu-
erunt, ἀκούοντες οὐχ.*

C A P. II.

2. *S* Eorsum autem iis qui videbantur esse
aliiquid.] *Non h̄ic Gracè legitur, Esse
aliiquid, sed pañlopōst, cūm legitur: Ab iis au-
tem qui videbantur esse aliiquid. Sed neque
certio legitur, ubi dicitur: Mihi autem qui
vide-*

v. 6.

Ib.

videbantur esse aliquid. *Quod nescio an ab interprete, an ab alio sit adiectum, quasi subaudioretur.*

5. Quibus neq; ad horam cessimus subjectioni.] *Est quidem Gracè dativus subjectiōni, quia ablativus esse non potest, sed transferendus, ut opinor, nunc per ablativum subjectione, hoc est, non cessimus subjiciendo nos.*

6. Nihil contulerunt.] *Imò nihil addiderunt, ne quis putet Apostolos nihil Paulo contulisse, οποσατθεντο.*

16. Et nos in Jesu Christo credimus, ut justificemur ex fide.] *Gracè est Credidimus, εμδουμενοι : & in Iesum Christum, eis Xειση Ι' Νοοδην.*

20. Christo confixus sum cruci.] *Gracè est, Cum Christo crucifixus sum, Xειση ουρανογματα.*

C A P. III.

1. **O** Insensati Galatæ, quis vos fascinavit non credere veritati?] *Ego mallem dicere, Ne obtemperetis veritati, μη τειθεσθε.*

3. Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini?] *Legendum est Consummemini : quanquam Gracè est Consummamini, sed sine illo, Ut, est vegetior sententia, cum sic dicitur, Siccine stulti estis?*

estis? auspicati spiritu, sive exorsi, sive incipientes, sive qui incœpistis spiritu, nunc carne consummamini, sive nunc carne finem facitis? ἀρξάμενοι τὸν μαρτυρίαν, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε; Illud taceo, quod idem verbum nunc Gracè est Insensatus. pro stulti, avōnī, quod superius pro Insensati, avōnī: sed Insensatus durum vocabulum.

11. Quoniam justus ex fide vivit.] Vivet legendum est, ζίνει.

16. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semine tuo.) Non rectè dicitur, Quasi in uno, perinde ac si non esset revera in uno. Dicendū igitur, Velut, seu Tanquam. Gracè est in utroque Ut, quo ego modo transtulisse. αἰν' ὅς.

17. Hoc autem dico, Testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos.) Deest In Christum, ut sit: Confirmatum à Deo in Christum, εἰς Xesόν.

27. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.) Gracè est, In Christum baptizati, εἰς Xesόν.

28. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.) Gracè non est unum, sed unus homo, sive ut Graci exponunt, una forma & unus corpus, εἰς.

C A P. IV.

9. **N**unc autem cùm cognoveritis Deum, imò cogniti sitis à Deo,) Gracè est,

est, Nunc verò cùm cognoveritis Deum, potius autem cum cogniti sitis à Deo, μᾶλλον τὸ γνωστέρντες.

12. Estote sicut ego, quia & ego sicut vos.] *Ego potius dicerem Efficiamini, quam estote, γίνεσθε. Praterea tutius est dicere, ut ego & ut vos, quām sicut ego & sicut vos. Ambiguum est enim an sensus sit, Efficiamini ut ego, quia ego factus sum ut vos, ut est in illo, Factus sum Judæis ut Judæus, &c. an 1. Cor. 9. 24 efficiamini ut ego, quia ego sum ut vos, ὥστε.*

13. Scitis autem quod per infirmitatem carnis euangelizaví vobis jampridem,

14. Et temptationem vestrā in carne mea non sprevistis, sed sicut angelum Dei exceptistis, sicut Christum Jesum.] *Grace non est jampridem, sed prius, ἀπότελος: nec temptationem vestram, sed meam, μὲν: nec sicut, sed velut: non enim exceperant unquam Galatae angelum Dei aut Christum, ut dicatur, Exceptis me sicut exceptistis angelum Dei, aut Christum Jesum: sed exceptis me velut, scilicet tanquam essem angelus Dei, aut Christus Jesus, ὥστε.*

18. Bonum autem æmulamini in bono.] *Quis sensus hic est nisi indignus Paulus? Ipse ait: Bonum est æmulari, sive bona est æmulatio in bono, et si non adest verbum substantivum Grace, sed subauditur, καλῶν τὸ ζηλεῖσθαι.*

24. Hæc enim sunt duo testamentata; unū quod

quod in monte Sina in servitutem generans, quæ est Agar.

25. Sina enim mons est in Arabia; qui conjunctus est ei quæ nunc est Hierusalem; & seruit cum filiis suis.

26. Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est nunc mater nostra.] *Non dicam quomodo sit deceptus interpretis, quoque modo sit depravata scriptura. Tantum dicam, qualis esse debeat vera translatio, quæ est hæc:* Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidem à monte Sina in servitutem generans, quod est Agar: nam Agar Sina mons est in Arabia, quod conjunctum est, quæ nunc est Hierusalem, servit autem cum filiis suis: alterum vero sursum Hierusalem libera est, quæ est mater omnium nostrum: *μία μὲν ἡ ὄπεις οὐχὶ εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἡνὶς δὲν Αἴ-
γαρ. τὸ δὲ Αἴγαρος οὐταῦ ὄρθρος ἐστὶν εἰς τὴν αἱρέσειάν, ουσο-
χεῖ δὲ τῇ νῦν ἱερουσαλημ, δουλεῖαν δὲ τὴν Ιερουσαλήμ.
ἡ δὲ θεοῦ Γερουσαλημ ἐλαύνεται ἐστι, ἡνὶς ἐστὶ μόνη
πατέρων μηδέποτε.*

C A P. V.

1. **T**a que fratres, non sumus ancillæ filij,
sed liberæ, qua libertate nos Christus liberavit. State ergo, & nolite iterum jugo servitutis contineri.] *Græcè aliter legitur,*
Liberate ergo quia Christus nos liberavit
state,

state, & ne iterum jugo servitutis detineantur, ἢ εἰδοθεῖσιν ἡ οὐκέτη πάλιν ζυγῷ δελεῖας θέσχεστε.

7. Currebatis bene, quis vos impeditivit veritati non obedire?

8. Nemini consenseritis, persuasio illa non est ex eo qui vocat vos.

9. Modicum fermentum totam massam corrumpit.] *Non legitur Gracè, Nemini consenseritis, nec persuasio illa, sed persuasio. Praterea ego transtulisse: Quis vos impedivit veritati obedire, sive quid minus veritati obediretis? Gracè tamen est elegantius persuaderi, τοιθεδρ, quod congruit cum illo statim sequenti Persuasio, φύσιμον. Non autem esse dicendum, Massam corrumpit, sed conspersione fermentat, superius admonui, 1. Cor. 5. 6. φύγου ζυμοῦ.*

12. Utinam & abscindantur qui vos conturbant:

13. Vos autem fratres in libertatem vocati estis.] *Gracè est, Qui vos commovent, sive de statu submovent, αἴρασανύντες. Neque in libertatem, sed in libertate, hoc est, extra servitutem legis, εἰπεὶδθεῖσι. Tantùm ne libertatem vestram in occasionem detis carnis, sed per charitatem servite invicem. Abest à Graca veritate Detis: nec legitur Carnis, sed carni, τὸν Καρνί, hoc est, ut ita loquar, ne serviatis libertatem vestram carni,*

25. Si spiritu vivimus, spiritu & ambulamus,] *Imò spiritu contenti simus, hoc est, sine lege & circumcisione, sorxāuer.*

C A P. VI.

Alter alterius. 2. Alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.] *Non dicunt Latine de multis Alter alterius, sed de duabus: Latinus autem & verius dicetur, Mutua onera portate, ἀλλήλων τὰ βάρη βασάζετε: nec adimplebitis, sed adimplete, ἀναπογεῖσθε.*

4. Et sic in seipso gloriam habebit, & non in altero.] *Gracè est, In seipsum, & non in alterum: εἰς ἑαυτὸν, εἰς τὸν οὐτόπου. quod an perinde sit ac si diceretur per ablatum, alterum iudicio relinquo.*

6. Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui catechizat in omnibus bonis.] *Quid sibi vult interpres, cùm idem verbum alibi transfert, alibi non transfert? An non alibi hoc verbum translatis? Quare nunc sic transferre formidavit? Communicet autem is qui docetur verbum, cum eo qui ipsum docet in omnibus bonis, ὁ καπιχέμενος λόγον τοῦ καπιχέμενον.*

7. Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet,

8. Quoniā qui seminat in carne,] *Gracè est,*


est, Quod enim seminaverit homo, hoc & metet, ὃς ἔσται, τότε. Nec est In carne, sed in carnem, εἰς Τὸν Γάρ, quod perinde est ac si diceretur In carne. Idem dico de sequenti, In spiritu, nam Gracē dicitur, In spiritum, εἰς τὸ μέδια.

9. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficienteſ.] Non est idem Gracē verbum in illo Deficiamus, εἰς τὴν ἀνθρώπον, & hoc Deficienteſ, εἰς τὸν οὐρανὸν. Quare ego dixiſsem, Non defatigemur. Illud etiam Gracē Suo, dicitur proprio, ιδίῳ: nam sine aliquo hujusmodi, quale est, fructum, frugem, messem, non videtur satis commode dici, metemus tempore suo.

12. Quicunq; volunt placere in carne.] Gracē non legitur In carne: neque tamen reprehendo interpretem, sed tantum significo non respondere verbum verbo, quia respondere non potest.

L A U R E N T I I V A L L A E
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM PAULI AD
GALATAS
FINIS.

Cap. I.



LAUR. VALLAE

COLLATIONES
IN EPISTOLAM
PAULI

AD

EPHESIOS.

C A P . I .

2. R A T T A vobis & pax à
Deo patre nostro, & Do-
mino Jesu Christo.] Do-
mino Jesu Ch̄risto legendū
esse, an Domini Jesu Chri-
sti, dixi ambiguum esse: u.
eis l'nos Xeis.



v. Cor. I. 3.

5. Secundum propositū voluntatis suę.]
v. 11. *Paulopōst*, Secundum propositum ejus, *ibi*
verè est Gracè propositum, *ωρίθεον: nunc est,*
διδοκία. Secundum beneplacitum voluntatis suæ, *δι-*
δοκία. *Hoc vocabulū in Euangelio Luce trans-*
Luc. 3. 12. *fertur Bona voluntas, cùm dicitur: Gloria in*
excelsis

L.VAL.COL.IN EPIST.AD EPHES. 163
excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas, Ἀυδονία.

9. Ut notum ficeret nobis sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum ejus.] *En quod paulo ante transfulerat* Propositum, *nunc transfert* Beneplacitum, Ἀυδονία. *Neque Gracè est,* Ut notum faceret, *quod absurdum dictu sit Deum nos redemisse,* ut notum ficeret nobis Sacramentum, *imò noto facto nobis Sacramento,* *sive faciens* nobis notum Sacramentum suum *redemit,* Sacramentum *dicitur Gracè mysterium,* *Sacramen-* *hoc est, arcanum:* γνώσσις ἡμῖν τὸ μυστήριον. *Ne-* *que dicendum fuit Ejus, sed Suum.*

10. Instaurare omnia in Christo.] *Sciamus* Instaurare *ab interprete accipi pro in summam Instaurare.* redigere, *sive ad caput, vel ad capita redige-* re; *ita enim Gracè habetur, ἀναρρόγενωσας.*

11. In quo & nos forte vocati sumus.] *Melius ij codices habent, in quibus non legi-* tur Nos, nec legendum est, In forte, sed In fortē, *hoc est, in partem:* *Nam Gracè sic* dicitur, *ut si dicatur,* In quo & participati sumus, επληρώθημεν.

22. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam.] Super omnia ecclesiæ legendum est, *ut sit dativi casus ecclesiæ, ut fuerit ad sen-* sus lucem sic transferendum, Et ipsum super omnia caput dedit ecclesiæ, ὅπερ πάντα τῷ ἐν- κλησίᾳ.

CAP. II.

2. IN filios diffidentiæ.] *In solens est verbum* Diffidentia pro incredulitate, sive inobedientia, sive obstinatione, hoc est, quod persuaderi recusatur, *ἀποθέεταις*.

4. Propter nimiam charitatem suam.] *Quoniam* Nimiam, quam Græcè legas Multat? *πολλάνης*.

10. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu, in omnibus operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.] *Græcè est*, Quibus præparavit, *ὅς προετοίμαστος*: quod ambiguum est proprie naturam lingue, an intelligendum sit, Quæ præparavit, an quod usitatus & elegantius est, Quibus præparavit. *Quod si* dative casus est, hanc dubium referendum est ad homines; id est, ad nos, non ad opera.

12. Alienati à conversione Israël, & hospites testamentorum promissionis.] *Non minus bellè dicatur*, A civilitate Israëlis, & peregrini pactorum promissionis, *πολιτείας*, *ἡ ἔργον τῆς διαθηκῆς*.

CAP. III.

15. EX quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur.] *Quid est* omnis pater?

paternitas? Quot enim sunt paternitates? hoc
evidem non intelligo. Gracè est Omnis fa-
milia, πατερίᾳ: unde illud in Psalmo: Omnes Psal. 22, 28.
familiæ gentium, πατερίαι.

19. Scire etiam supereminentem scien-
tiæ charitatem Christi.] Non est dative ca-
sus Scientiæ, ut iij qui Græca nesciunt, volunt,
sed genitivi, γράσσως. Quod si intelligendum
est quod charitas antecellat Scientiæ, fuit
transferendum interpreti clarius; verum ipsius
non interest sensum veriorem excutere, an sci-
entia humana intelligenda sit, an divina, an a-
lio etiam modo intelligendum. Ergo per geniti-
vum transfluit, ut invenit.

20. Ei autem qui potens est omnia fa-
cere superabundanter quam petimus &
intelligimus.] Legendum est, Quæ petimus, ὡς.

C A P. IV.

2. IN humilitate & mansuetudine.] Nescio

Iur illud πατερόν, ut illud, Quia respe- Luc. 1, 22.
xit humilitatem ancillæ suæ, quæ propriæ est
conditionis vilitas: & hoc παπεροφορύλω,
quod est humilitas sensus, transferuntur eo-
dem modo, & non potius hoc quod compositum
est, transferunt, ut dixi, humilitatem sensus
sive animi. Quale est etiam illud ad Philippen-
ses: In humilitate invicem, παπεροφορύη. Phil. 2, 3.

6. Unus Deus & pater omnium, qui su-

X 4 per

Cap. iv. LAUR. VATLÆ. COLLAT.
per omnes, & per omnia, & in omnibus nos-
bis.] *Cur ait*, Super omnes, & per omnia,
variando genera, quod Gracè incertum est, cum
utrobius sit casus genitivus? ὃς δὴ πάντας ἢ διὰ
πάντων. *Ego* πέντε dicendum, Per omnes, aut
quod non tantopere mihi probatur, super o-
mnia, & per omnia. *Involvere autem res &*
homines, ut fecit interpres, mihi non placet.

15. Veritatem autem facientes in cha-
ritate, crescamus in illo per omnia, qui est
caput Christus.] *Gracè est*, Veritatem sectan-
tes: sed hoc parvi refert, non enim potest ver-
bum ē verbo transferri, ἀλλθεοτις. *Illud ma-*
jus quod gracè dicitur, Augeamus in illum
omnia, ἀνέχομεν τὸν τὸ πάντα, *hoc* est,
quod augeamus in Christum omnia mem-
bra: *quod probat id quod sequitur:*

16. In mensura uniuscujusque membra
augmentum corporis facit, ἀνέγησον.

17. Ut jam non ambuletis sicut & gen-
tes ambulant in vanitate sensus sui.] *Pleri-*
que codices habent, Sicut & cæteræ gentes, ἢ
Τὰ λουτά εἴθη. *Illud* verò *Sensus, maluisse* ego
transferre mentis, vobis. Quod si fecisset inter-
pres, ut fecit paulopōst: Renovamini autem
spiritu mentis vestræ, nemo exposuisset sen-
sus per sensualitatis: quod nomen ideo volui
proferre, ut notarem tanquam viris eruditis
indignum, pariter & in loquendo superva-
guimus.

18. Alie-

18. Alienati à vita Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum,

19. Qui desperantes semetipos tradiderunt impudicitia.] Græcè est. Propter ignorantiam, διὰ τῶν ἀγνοῶν. Nec dicendum erat Cordis ipsorum, sed cordis sui, et si graecè sit Ipsorum. Nec est Desperantes, sed ut uni Graeco duo Latina reddam, secordia retenti, sive retardati, sive per secordiam, sive ingaviter secorditerque, sive secordes atq; ingavi tradiderūt se se impudicitia, ἀπηλυνκότες.

C A P. V.

2. IN odorem suavitatis.] Magis dicitur Suavitas odoris, quam Odor suavitatis: græcè est, in odorem fragrantia, nisi Fragrantia quod fragrantia de vehementi odore dicitur: sive, si sic dicere liceat, in odorem redolentia. Certe non ab re sit dicere, in odorem suavem, sensu in suavitatem odoris, εἰς ὅρους διωδίας.

4. Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet.] Pluralis numeri legendum est, Pertinent, quamquam Græcè magis dicitur, Quæ non sunt convenientia, sive decentia, τὰ σὲ ἀνίκοτα. An verò dicendum fuerit Scurrilitas, an facetia, dicere omitto: quia nonnulli in landem, nonnulli in vitium accipiunt διβατέλαι.

X 5 5. Hoc

5. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.] *Græcè est*, Hoc enim este intelligentes, εἰς γράμματα: ergo sat erat dicere Scitote, sine illo Intelligentes Præterea non dicitur, Quod est idolorum servitus, sed, Qui est idolorum servus, qui græcè dicitur Idololatra, ὁ οὐτιδολάτης.

7. Nolite ergo fieri participes eorum.] *Græcè est* Comparticipes, συμέτοχοι. Ideo ego dixissem Participes eis. Aliud enim est Participare illorum, id est, de illis: aliud Participare illis, hoc est, cum illis, ut cum apud alios quosdam, tum verò apud Quintilianum: Perdura priscis moribus mater, frigoribus ac solibus perusta, & in plerisque ruris operibus marito particeps.

Redimere tempus. 16. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.] Redimentes tempus accipiendū est pro Ementes tempus, quem admodum dicimus, Redemptores vestigium, tum alibi, tum in Jure Civili. Σερφεγγόννων.

18. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria.] Non est in ebrietate luxuria, sed in luxuria vini ebrietas. Nescio igitur an melius dicatur, In quo est vecordia, ανοντία.

22. Mulieres viris suis subditæ sint, sicut domino:

Quoniam

23. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, ipse salvator corporis.

24. Sed ut ecclesia subjecta est Christo, ita mulieres viris suis in omnibus.

25. Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam.] *Plerique codices grati habent in secunda persona,* Mulieres viris propriis subditæ sitis, nisi idios avide om̄e. Sed cur mulieres potius quam uxores, cum paulopost dicantur Uxores, & nunc dicatur Propriis viris? neque enim proprios viros habent, nisi quæ uxores sunt. Præterea comparatio fit de conjugio humano ad conjugium mysticum Christi & ecclesiæ. Quare ego sic translussem, Uxores maritis propriis subditæ sitis veluti domino, quoniam maritus caput est uxor, sicut Christus caput est ecclesiæ, & ipse salvator est corporis. Sed ut ecclesia subjecta est Christo, ita & uxores maritis suis omni in re, sive in omnibus. *et mortali* Mariti diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam.

31. Et erunt duo in carne una.

32. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico, in Christo & ecclesia.] *Dixi superius In una carne esse accusativi casus Gracè, nunc idem de Christo & ecclesia, εἰς Χειρὶν, ἦτορ τῷ σκληρίᾳ.*

FINIS.

L A U R.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
PAULI
AD
PHILIPPENSES.

C A P. I.

I.  A U L U S & Timotheus
servi Jesu Christi , omni-
bus sanctis in Christo Je-
su, qui sunt Philippis, cum
episcopis & diaconibus.

Diacon.

2. Gratia vobis & pax
à Deo patre nostro , & Domino Jesu Chri-
sto.] *Nescio quomodo factum sit, ut dicamus*
Diaconibus à nominatino Diacon, quod nec
Latina vox agnoscit, neque Græca veritas ha-
bet, si ambrois. Illud quoque jam aliquoties atti-
gi, ambiguum esse an sit legendum Jesu Chri-
sto, an Jesu Christi, quia non repetitur pra-
positio.

13. Ita

13. Ita ut vincula mea manifesta fierent
in Christo, in omni prætorio, & in cæteris
omnibus.] Græcè est, In toto prætorio, εἰ δὲ
τῷ περιτοιχῷ. Fortè interpres accipit Omni pro ^{Omnis pro}
Toto, sed non ita accipit lector, nisi exponatur, ^{toto.}
Sed Paulum fuisse dictum in multa præatoria.
Ideoque nec legendum est, Et in cæteris o-
mnibus, sed cæteris omnibus, id est, homi-
nibus, καὶ τοῖς λαυροῖς πᾶσι.

25. Et hoc confidens scio, quia manebo
& permanebo omnibus vobis.] Græcè est,
Quod manebo, & apud vos omnes unā ma-
nebo, sive permanebo cum omnibus vobis,
καὶ πανταχού πᾶσι ὑπὲν.

26. Ut gratulatio vestra abūdet in Chri-
sto Jesu in me.] Græcè est, gloriatio, & ita
interpres translatis; sed negligentia librariorum
factum est gratulatio, καὶ χηρα.

28. Et in nullo terreamini.] Potius tur-
bemini ac tumultuemini, πλυσόμενοι.

C A P. II.

2. **V**T idem sapiatis, eandem charitatem
habentes, unanimes, id ipsum senti-
entes.] Græcè Idem & Ipsum eodem modo di-
citur, οὐ τὸν: item sapere & sentire, φέρεται:
quomodo ergo nunc different, Idem sapiatis,
& Id ipsum sentientes? sciamus igitur græcè
non legi Id ipsum, sed unum, η ἐφερεται.

4. Non

4. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum:

5. Hoc enim sentite in vobis quod in Christo Jesu.] *Plerique codices græci habent Considerate, συντεττηται. Certè omnes habent Sentiat, non Sentite, φαντάσθω, quod referunt ad unusquisque, quod interpres pluraliter translatis Singuli, εκεῖς θεοί.*

11. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei patris.] *Gracè non legitur Est : nec in gloria, sed in gloriam, εἰς δόξαν. Est autem sententia, Quòd omnis lingua confiteatur, quod Dominus noster est Jesus Christus, & hoc in gloriam Dei patris : sive quod Jesus Christus est Dominus noster in gloriam patris.*

13. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.] *Idem verbum græcum est, in illo operatur, ἐργάζει, & in hoc perficere, ἐπεγένεται, ne quis patet. Perficere nunc esse ad finem perducere.*

22. Experimentum autem ejus cognoscite, quoniam sicuti patri filius mecum ser. vivit in euangелиo.] *Puto potius transferendum fuisse, cognoscitis, cum sequatur. Énim, γινώσκετε. Item veluti patre, non patri, ut congruat cum illo Mecum.*

27. Nam infirmatus est usque ad mortem.] *Gracè est, Proximè mortem, sive Propè ad*

ad mortem, ~~ad~~ ^{v. 30} *magis ad mortem*. *Cui non nihil simile est quod sequitur, usque ad mortem accessit, quod grācē est, usque ad mortem appropinquavit, quod dicitur Latinus. Proximè ad mortem accessit, ut *χειρ* *δευτέρης ἡμέρας*.*

29. Excipite itaq; illum cum omni gau-
dio in Domino, & hujusmodi cum honore
habetote,

30. Quoniam propter opus Christi us-
que ad mortem accessit.] *Quanquam de uno*
Epaphroditō loquatur Paulus, tamen illud Hu-
jusmodi, pluralis numeri est, quod tribus di-
ctionibus Gracis pluralis numeri probatur, Tis-
timous est ipsius ēxēste.

C A P. III.

13. **F**ratres, ego non arbitror me compre-
hendisse.] *Grācē est, Non dūm, ἐπίστασθαι.*

14. Ad destinatum persequor, ad bravi-
um supernæ vocationis Dei.] *Aliud est ali-*
bi destinatum, sive prædestinatum, nam idem
sunt, ut apud Paulum, qui prædestinatus est ^{Roma. 11. 4.} *filius Dei, οὐδέποτε: aliud hic, καὶ Χριστὸς, ad*
intentum animi mei: ad terminum quem
mihi proposui, atque destinavi: non ut qui-
dam putar, à Deo destinatum.

15. Et si quid aliud sapitis, & hoc vobis
Deus revelavit.] *Melius ī codices qui ha-*
bent Aliter, ἔτιπον, Nec Revelavit legendum
est.

est, sed in futuro Revelabit, ἀποκρύψῃ. Sed cum dixisset, Hoc sentiamus, cur mutato verbo subdidit interpres Sapitis, quum idem sit verbum, ut superius ostendis?

21. Qui reformatum corpus humilitatis nostræ configuratū corpori claritatis suæ.]

Futuri temporis est græcè, non præteriti. Sed cur hic formam, ibi figuram nominat? Ego sic puto fuisse transferendum, Qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, ut sit configuratum gloriæ corporis ejus: μεταχυματίσει τὸ περιέδραυτὸν Κύμωφόν.

C A P. IV.

3. **E**Tiam rogo & te germane compar.]
Quod nunc dixit, Germane, quod Græcè est yvhore, superius dixerat, Syncera affectione, yvnitas: hoc dixi superius dici Ingenuè. Illud Etiam, non est dictio copulativa, sed affirmativa, quæ apud veteres græca voce in usu fuit, næ, vñi.

Quæ mecum laborarunt in Euangeliō.] Ne dicereſt interpres, Quæ mecum certaverunt, ut græcè est, veritus ne in alium sensum accipieretur, dixit Laboraverunt. Nos autem sciamus Græcè esse, Certaverunt unā, Κυριθληρ.

7. *Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Jesu Domino nostro.]*

istro.] *Modò custodier, φρουρήσει. Sed car-*
non mentem, sive intellectum porius, quām-
sensum, νοῦ, sicuti dixit Intelligentias, νο-
ντατη? quod nomen ab illo superiori descendit.

8. Si qua virtus, si qua laus disciplinæ,
hæc cogitate.] *Non legitur Græcè Discipli-*
næ, sed ab aliquo, quia patavit deesse, adje-
citum est.

12. Ubiq; & in omnibus institutus sum.]
Græcè est, In omni, & in omnibus, εἰ πάντι
εἰ πάντι.

13. Omnia possum in eo qui me confor-
tat.] *Græcè est, Qui me fortē facit, sive,*
*Qui me validum reddit, εἰ τῷ ἀδυνατού-*τι με.**

19. Deus autem meus impleat omne
 desiderium vestrum.] *Græcè est, Implebit,*
πληρώσει. Desiderium nunc intelligendum est
indigentiam, ξείων.

L A U R E N T I I V A L L È
 C O L L A T I O N U M I N E P I -
 S T O L A M P A U L I A Q
 P H I L I P P E N S E S
 F I N I S .

Cap. I.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES IN
EPISTOLAM PAULI
AD
COLOSSENSES.

CAPUT I.

15.  *U*1 est imago Dei invisi-
bilis, primogenitus o-
mnis creaturæ,

16. *Quia in ipso con-
dita sunt universa.] Vel
hinc datur intelligi, nihil*

differre Creare & Con-

Creare. *Condere.* *dere, cum eadem sit Græcè dictio in illo crea-*
turæ, κτίσεις, & in hoc Condita sunt, ἐκτίση. *Omnia in ipso, & per ipsum creata sunt.]*
eis autem. Quid nunc per ablativum transfert,
*paulopost, ut est Græcè, per accusativum trans-
fuit interpres, inquiens, Et per ipsum recon-
ciliari omnia in ipsum, eis autem. An aliquid*
nunc

nunc differat accusativus & ablativus, aliis re-
linquo: ne si dicam differre, sim longior quam
postulat meum institutum.

20. Pacificans per sanguinem crucis e-
jus, sive quæ in terris.] *Deest* Per ipsum, *Si*
autem ut sit, Per sanguinem crucis ejus per i-
plum, sive.

21. Et vos cum essetis aliquando abali-
enati, & inimici sensu in operibus malis.]
Sensu *nunc transfert*, *quod alibi transfert* Matt. 22.37
Eph. 2.3.
mente, *alibi cogitatione*, *Aarolæ.*

27. Quibus voluit Deus notas facere di-
vitias sacramenti hujus in gentibus, quod
est Christus, in nobis spes gloriæ,

28. Quem annunciamus corripientes o-
mnem hominem.] *Gracè non est* Quod, *sed*
qui est, *ös öti*, *quod transferendum est*, Quæ
sunt. *Nam referitur ad* divitias, *quæ sunt ge-*
neris masculini, & *numeri singularis Gracè*,
& *nunc etiam casus nominativi*. *Nam dicitur*,
Quibus voluit Deus notum facere quæ di-
vitiae gloriæ mysterii hujus, *yωειον τις ὁ μέ-*
τός, sive qui est, *ut relativum non responde-*
at antecedenti, *sed apposito*, *ut etiam superius*
factum est, & *putatur modus elegantior*. *Ne-*
que Gracè est Corripientes, *sed Monentes*,
sive Commonefacientes, *ρουθετήτις*.

29. In quo & labore certando.] *Legen-*
dum est, In quod, *ti's ö*.

C A P . II .

5. **G**audens & videns vestrum ordinem, & firmamentū ejus quod est in Christo Jesu, fidei vestræ.] *Ut ordinem, seu potius scribam Græcorum verborum servaret interpres, adjectis illud Ejus, sine quo non videbatur orationis contextus.* At ego dicerem, Firmamentum vestræ quæ in Christo est fidei, nec admodum à Graco decederem : *Tūs ēv Xeisq; Iη-*
στηπίσεως υμῶν.

14. Delens quod adversus nos erat chirographum decreti , quod erat contrarium nobis , & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci,

15. Expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.] Decretis legendū est, non Decreti : *τύς δογμάτων. quod nescientes, referunt sequens relativum ad decreti : quemadmodum nescientes quid nunc significat Traduxit, exponunt Transtulit longè ab hoc regno ad cœlum, quum significet. Exemplum ignoriniæ effecit, ἐδημάτος, ut in principio*

Matt. i, 19. *Matthæi differimus.*

18. Nemo vos seducat volens in humilitate sensus.] *Nō potuit transferri vox Græca, ideo ad medium quoddam verbum recursus est.* Ut autem hujus verbi graci sensum
nisi unque

ut cunque aperiam, est: Nemo vos ad brabium evocet, sive, Nemo vobis brabium ostentet ad provocandum cursum, γαταγελέτω. In humilitate sensus, nunc per duo verba transstulit interpres, quod superius, & item paulopost, Γενέσιο an semper transfert per unum sine adjunctione sensus, de quo vocabulo jam dixi, ταπει· Eph. 4.22. γαφορύη.

21. Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis.] *Græcè sunt hac omnia singularis numeri, μὴ ἀληφ, μηδὲ γραμμή, μηδὲ δίγραμμα.*

CAP. III.

9. **E**xpoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,

10. Et induentes eum novum qui renatur.] *Pro Exuens, solez interpres transferre, Expolians, απεκδυσάσθενοι: qui addidit nunc Eum, quod ego non addidisse, τὸν γένον, τὸν ἀγαγόντα μεγον.*

15. Et pax Dei exultet in cordibus vestris.] *Non est græcè Exultet, sed verbum quod superius pluribus interpretatus sum, verumtamen non compositum: quod audireamus sic uno verbo exponere, Brabiet: est enim græcum vocabulum Brabium, Βραβίστω.*

18. Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino:

Cap. iv. L. VAL. COL. IN EPIST. AD COLOS.
19. Viri, diligithe uxores.] *Cur non potissimum, Uxores subditæ estote?*

C A P. IV.

15. **S**alutate fratres qui sunt Laodiciæ, & Nympha. Nympham, & quæ in domo ejus est, ecclesiam.] *Nympha vir fuit, & non, ut quidam rentur, fæmina, quod probatur ex pronomine Ejus, quod Græcè est generis masculini, aut.*

L A U R E N T I I V A L L A E
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM PAULI AD
COLOSSENSES
F I N I S.

L A U R.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
PAULI

AD

THESSALONI-
CENSES I.

CAP. I.

3.



EMORES operis fidei
vestræ, & laboris, &
charitatis, & sustinen-
tiæ.] *Cur non potius Tol-
erantiaæ, aut patientiæ,
ut facit alibi, quam susti-
nentiæ? *Ex oporūs..**

8. A vobis enim diffamatus est sermo
Domini.] *Græcè dicitur Diffamatus, έξιγγος,*
*quod est Exonuit, &, ut sic dicam, ebuccina-
tus est, Augustinus sive ex hoc epistola loco,*

Y 4

sive

sive etiam ex aliis libris, solet uti hoc participio

Diffamatus Diffamatus, pro eo quod est, ut interpres accipit, longè latéque divulgatus. Quod nesci-

Remigius axatus. ens Remigius, non modo in Augustinum, sed quod multo est majus, in Paulum contumeliosus est, inquiens,

Diffamatus maximè pro vituperatione ponitur, & in contrariam partem. Sed Apostolus non curans de pro-

prietate verborum, cum debuit dicere, manifesteratus & divulgatus est sermo, dixit

Diffamatus. *Imò tu non curas de verborum proprietate, qui Græcam veritatem non con-*

Pauli elo- quis, in qua lingua Paulus accuratè loquen-

tus est, qui in verbis cùm propriis tum ornatis, dunitaxat rerum majestate servata, Demosthenem ipsum antecellit. Sed in omni

loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est.] Ego ad tollendam ambiguitatem maluis-

sem dicere, Quæ est apud Deum, emanavit, sive divulgata, sive evagata est, ή τοις δέδει

εξηγήσθεν.

C A P. II.

2. **L**OQUI AD VOS Euangelium Dei in mul-
ta sollicitudine.] *Imò*, in multo certa-
mine, ἐν πελλωδίᾳ γάρ.

Act. 22. 7. In medio vestrum.] *Melius alibi*, in
medio vestri.

¶ 3. QUONIAM CÙM ACCEPISSETIS à nobis
verbum

verbum Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est verè, verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.] Nescio an transferatur melius, Quod operatur. *Est* enim ambiguum grācē, quia verbum est nunc generis masculini, λόγος. Etiam Operatur ambiguum est, activē accipiatur an passiū, ἵραγη.

C A P. IV.

8. **I**Taque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum.] *In quibusdam editionibus legitur, qui me spernit: sed Gracē neque Hæc, neque Me legitar.*

11. Et operam detis, ut quieti sitis, & negocium vestrum agatis.] *Gracē est, Negocia vestra, sive negotia propria, sive res proprias agatis, τεγωτὴ τὰ ἴδια, ne putemus, ut quidam, de salutis aeterna opere Paulum loqui. Idem etiam quod sequitur, male accipiunt:*

12. Ut honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.] *Quod videlicet honestè vivatis, néve quid ab aliis velitis auferre & concupiscere. Apostolus ait, ideo debere agere suas res, & laborare manus, ut honoratè ambulent apud infideles, néve quid desiderent ab illis, atque mendicent. Ideo que ego transtulisse, Apud eos, non ad eos,*

Cap. v. L. VAL. COE. IN EPIST. AD. THES. I.
quod Gracè anceps est, & c's nūs ἔχω. Nam
reliqua particula non est anceps, sed sic trans-
ferenda, Et nullius rei indigeatis, sive, ut ad
verbū transferam, & nullius indigentiam
habeatis, καὶ μηδεποτέ ξείσαις ἔχητε.

C A P. V.

5. **N**on estis noctis neque tenebrarum,]
Sumus legendum est, non estis, &cūr.

14. Rogamus autem vos fratres, corri-
pite inquietos.] Gracè est, Admonete inor-
dinatos, sive incompositos, rebaturātāntes.

23. Ipse autem Deus pacis sanctificet
vos per omnia, ut integer spiritus vester, &
anima, & corpus, sine querela in adventu
Dominī nostri Jesu Christi servetur.] Le-
gendum est, Et integer, καὶ, non Ut: non enim
ait, Deus vos sanctificet, ut serventur hac: sed
continuatur bona precatio, quod Deus sanctifi-
cat, quodque hac serventur,

LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM PAULI AD
THESSALONI-
CENSES I.
FINIS.

LAUR.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
 IN EPISTOLAM
 PAULI
 \textit{AD}
THESSALONI-
 CENSES II.

CAP. I.

4. **N** tribulationibus, quas
 sustinetis.

5. In exemplum justi
 judicij.] *Non est Gracè in*
exemplum, sed sine præpo-
sitione, Nam reor exem-
plum esse nominativi casus, et si non planè ex-
exemplum dicitur, sed ostensio, sive speci-
men, sive indicium, erat ipsa.

9. Qui poenas dabunt in interitu æter-
 nas à facie Domini, & à gloria virtutis e-
 jus.]

Cap. II.

LAUR. VALLE COLLAT.

*ius.] Gracè est interitum æternum, ὁλέθρον
diuinior. Neque idem est Gracè nomen virtutis,
içus. içus, quod pauloantè, Cum angelis vir-
tutis ejus, δύναμις, quod superius dixi signi-
ficare potentiam, vim, potestatem: hoc au-
tem significat fortitudinem, sive robur, sive
validitatem.*

*10. In illo die, in quo etiam oramus
semper pro vobis.] Plerique exponunt, in
quo die. At qui legendum est in quod, id est,
in quam dixi rem, eis ὅ.*

C A P. II.

*4. Q*ui adversatur & extollitur super o-
mne quod dicitur Deus, aut quod
colitur.] *Gracè est, Super omnem qui di-
citur Deus, aut cultus, ὁτὶ πάντα λεγόμενον De-
ὸν, οὐ ζεσουρα. Ostendens se quasi sit Deus.]
ὅπερ ὁτὶ θεός.*

*6. Ut reveletur in tempore suo.] De-
est Ille, ut sit, reveletur ille, eis συκῆνοφθλῶαι
ἀντί.*

*13. Quod elegit vos Deus primitias in
salutem, in qua & vocavit vos.] Legendum
est, in quod, eis ὅ.*

C A P.

C A P. III.

6. **V**T subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis.

7. Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos.] *Cur aīs inquieti fuimus, cūm modo dixeris inordinate, cūm idem sit illud ἀτάκτος, & hoc οὐ τακτόν; ergo, Non incompositi fuimus. Quid quōd iterum idem illud quod transtuleras inordinate, mox transfers inquietē? inquiens:*

11. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquietē, nihil operantes, sed curiose agentes.] *ἀτάκτος. Cur non etiā venustatē servasti Paulina elocutionis, ut saltem diceres, Nihil agentes, sed curiose agentes? Nā Pauli oratio non minus gratia habet illa Domity Afri de quodam oratore, quem dixit non agere, sed fatagere: εἰ δὲ ἐργάζομέν εσθι, καὶ οὐδεὶς εργάζομέν εσθι.* Paulina ve. tuulas.

15. Sed corripite ut fratrem.] *Iam non semel dixi potius, Commonefacite, εὐθετήσατε.*

16. Ipse autem Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco.] *Grace est, Det vobis pacem semper in omni modo, διὰ παντὸς, εἰ παντὶ βοῶσ.*

F I N I S.

L A U R.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
PAULI
AD
TIMOTHEVM
PRIMAM.

CAP. I.

3. **S**i cūt rogavi te, ut remaneres
Ephesi.] Πατριάλεου. *Car non hor-*
status sum te? *sicut in superiori Epi-*
stola: In gratia exhortetur corda
velstra, ὁργήσασθαι. *Cur enim deceat Pauli nāc*
magis rogare Timotheum, quam exhortari?
2. Thess. 2.
16. 17. **P**lagiariis, mendacibus, & perjuris]
Plagiarius. *Quidam exponunt Plagiarios, qui plaga cu-*
jusquinque generis inferunt proximus, quasi non
tum alibi, tum in Jure Civili fiat mentio de
plagiariis, qui sunt fures & surreptores homi-
nūm, ut ipsa vox Graeca ostendit, ἀρδατοδίσαις.

CAP.

C A P. II.

1. **O**bsecro igitur primū omnium fieri obsecrations.] *Cur non, ut dixi, Hostor? παρεγκλησθαι.*

2. Pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti.] *Nec eleganter nūc dicitur Constituti, nec Gracē legitur, sed tamen, Qui in sublimitate vel dignitate sunt,* ἐν τοποχῇ οὐτων.

7. In quo positus sum ego prædicator & Apostolus.] *Magis dicitur Præco quam Prædicator, Gracē κηρυξ.*

8. Volo ergo viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira & disceptatione.] *Videtur significare contentionem cum aliquo hoc nomen Disceptatio dem significatio est qua illa, quum dicitur de beata Maria, quod cogitabat qualis esset Luc. 1. 29. illa salutatio, διελογίζεται, id est, dubitabat ita nunc, Sine dubitatione atque hæsitatione, fortasse erat dicendum. διελογισμός.*

9. Cum verecundia & sobrietate.] *Se cundum Hieronymum, ut testati sumus, potius dicendum erat Pudicitia, εὐφροσύνη, quam Sobrietate. Idem dico de loco paulopost sequenti:* Rom 12. 18

15. Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.]

Quidam

CAP. III. LAUR. VALLÆ COLLAT.

*Quidam tamen codices habent, Cum castitate
σωφροσύνῃ. Legendum tamen est, Si permar-
ferint, εἰς μείγματα.*

C A P . III.

I *Dem logior etiam de loco sequenti:*

2. *Unius uxoris virum, sobrium, pru-
dentem, ornatum, pudicum, hospitalem, do-
ctorem,*

3. *Non violentum.] Σώφροντος. Nam non
legitur grācē Pudicum. Neque doctorem ma-
gis intelligendum est, quam doctum, διδάκτη-
ντος, id est, habilem, aptum, idoneum, & ap-
positum ad docendum, quem in posteriore ad-*

2. Tim. 2. Timoth. epistola vocat Docibilem, διδάκτην.

24. *Nec Violentum, id est, plenum vino, (quod
postea in Diaconis reprehenditur. Non multo
vino deditos) magis quam vinorum, hoc est,
nimis amantem vini, πάγουν.*

3. *Non litigiosum, non cupidum,*

Litigious. *4. Domui suæ bene præpositum.] Liti-
giosum ad lites pertinet, at grācē est, Non
pugnantem, αὐαχόν. Nec grācē est Cupidum,
sed pecuniæ cupidum, φιλάγγυσον. Nec tam
bene dicitur hic, Domui suæ bene præposi-
tum, καγὼς ταξιάρχευον, quasi laus sit ejus qui
hunc præposuit, quam paulopost de Diaconis,
qui filii suis bene præsint, καγὼς ταξιάρχη.
Ideoque sequitur,*

5. Si

5. Si quis autem domui suæ præesse necit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit?] *Verum Gracè potius est, Curam habebit, sive, Quomodo de ecclesia Dei erit ei curæ? επιμελήσῃ.*

11. Mulieres similiter pudicas.] *Si de uxoribus Episcoporum & Diaconorum sensit Paulus, cur non transtulit interpres Uxores? Sin de aliis, que sunt istæ alia? Nam de cunctis loqui Apostolum reor: γυναῖκες.*

16. Et manifestè magnum est pietatis Sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.] *Quod neutraliter legitur, masculinè legendum est, addendumque Deus: sic enim est Grace: Et planè, sive haud dubie, sive quod Graco magis responderet, & sine controversia, id est confessè, ὅμολογημένως, Magnum est pietatis Sacramentum, id est, mysterium. Deus manifestatus est in carne, justificatus in spiritu: apparuit angelis, prædicatus est in gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria. Nam quomodo, ut argumento agam, potest mysterium assumti in gloria? Christus in gloria assumptus est: μέτα δὲ τὸ θεοτείας μυστήσθη. Τοὺς ἐφανερώθην σαρκὶ, ἐδικυρώθη ἐν πόδιαν, ὥφθη αὐγῆλοις, ἐκπεύχθη ἐν ἔθρεστη, δισδέθη ἐν κόσμῳ, σφελάπθη ἐν δόξῃ.*

C A P. IV.

Dum pro donec.

13. **D**Um venio, attende lectioni.] *Dum pro Donec accipiendum est, quod Grō cē apertum est, ēas.*

C A P. V.

Tit. 2, 6.

1. **S**Eniorem ne increpaveris, sed obsecrāt patrem, juvenes ut fratres] *Ex hī verbo datur intelligi illud superius, Non percussorem, intelligi magis de eo presbytero quā lingua percutit, & quasi plaga infligit: nam à plaga descendit, illud Percussorem, πλήγη & hoc increpueris, ἐπιπλήγεις. Sed cur ait OI secrā, eo tempore, quo ille reprehendendus ej nec ille modo, sed etiā juniores an etiam hos adolescentulas obsecrabit? Ergo puto dicendum fuisse Hortare, παρεκάλει, sicut in epistola Titum: Juvenes similiter hortare ut sobrū sint, παρεκάλῃ.*

4. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discat primū domum suam bene re gere, & mutuam vicem parentibus reddere.] *Hoc praeceptum non vidua datur, sed filii ac nepotibus. Ideoque sic legendum: Discat primū suam domum piè tractare, μαθαίνεις οπότεν θύμιον δικον ἐντεῖν.*

5. Quæ autem verè vidua est, desolata sper-

speret in Deum, & instet oblationibus & orationibus nocte ac die.] *Alia Gracè sententia est: dicitur enim, Speravit in Deum, & instat, sive imminet oblationibus, ἀλλαγές θεοῦ δεῖν, καὶ προσμένει.*

6. Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est.] *Nam pro Autem, ut se penusero apud veteres, positum est, ἦν.* Nam pro autem.

11. Nubere volunt:

12. Habentes damnationem.] *Gracè est Judicium, καὶ πάτερ quod quia pro Damnatione accipitur, interpres ad sensum magis quam ad verbum transluit.*

14. Volo igitur juniores nubere, filios procreare, matresfamiliâs esse.) *Non recte quidam accipiunt matresfamiliâs esse, quia Materfamilias liberos procreant, nam hoc jam dictum est, sed milias familiæ præpositas esse, id est, servis & pecuniae. Nam neque paterfamiliâs vocatur à liberorum procreatione, sed à servorum ac bo- norum dominio: hæc enim nomine familiæ continentur. Gracè autem dicitur Domus dominas esse, sive domus tenere imperium, εἰκόσισπολεῖν.*

CAP. VI.

2. **S**ed magis serviāt, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sūt.) *Qui legendum est, non Quia beneficij, δι-*

Cap. vi. L. VAL. COL. IN EPIS. AD TIM. i.

3. Et ei quæ secundum pietatem est doctrinæ,

4. Superbus, nihil sciens.] Gracè est Superbus est, seu potius per verbum Elatus, sive inflatus est, ητύφω. Etiam illud Ei, sicut superius sum testatus, non puto necessarium.

10. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide.] Gracè non est Cupiditas, ne quis nunc potest agi de gloria, de imperij, de alterius generis cupiditate, sed pecuniæ. Siquidem Paulus nunc eos qui volunt divites fieri, reprehendit. Nam si de omni cupiditate loqueretur, carita loqueretur, Quam quidam appetentes, id est, cupientes, ἀγεγόμενοι? An cupiditatem quis cupere potest? Quò ergo referitur illud Quam? nempe ad pecuniam, quæ vox inclusa est in illo composito nomine, φιλαργυρία.

**L A U R E N T I I V A L L Æ
C O L L A T I O N U M I N E P I-
S T O L A M P A U L I A D
T I M O T H E U M I .**
FINIS.

L A U R .



LAUR. VALLAE
 COLLA TIONES
 IN EPISTOLAM
 PAULI
 AD
 TIMOTHEVM
 SECUNDAM.

C A P . I.

3.  R ATIAS ago Deo, cui ser-
 vio à progenitoribus me-
 is.] Gracē est, Gratiam ha- Gratiam
 beo, χάρις ἐχω, quod apud habere.
 eos forsū perinde est atque
 Gratias ago, id est, & χαρ-
 sas. Latinè autem aliud significat: & haud scio
 an quisquam gratias, seu gratiam habere Deo
 rectè dicatur, quod propriè est habere animum
 referendi gratiam, hoc est, beneficium redden-
 di. A progenitoribus meis, quidam exponunt

Z 3

ab

Cap. II. LAUR. VALLÆ COLLAT.

ab antiquis meis, Abraham, Isaac & Jacob: hi sciant idem vocabulum esse hic ἀπογόνων, & in 2 Tim. 5.4. superiore epistola, Et mutuam vicem parentibus reddere, ἀπογόνοις. Quanquam revera Græcè non est Parentibus, sed, Progenitori. Progenito- bus: tamen Progenitores non solum Superio- res, sed etiam Genitores dicuntur, sicut ipsius verbum indicat, ut apud Verg.

Aeneid. 4. Hanc terrā, ut perhibet, ira irritata deorū Progenuit.

Illud autem Meis vix ullo in codice legitur, tam- men subauditur.

5. Certus sum quodd & in te.] Proprie Græcè est, Persuasus sum, sive Mihi persuasi, sive Persuasum habeo, quod nunc dicitur, Certus sum, οὐτεπου. Idem dico de ceteris locis.

13. Formam habens sanorum verborū.] Habe legendum est, εχε. Quod superiore epi- 2 Tim. 1.16 stola informationem dixit, idem nunc dicit formam, ρεστιπων.

C A P. II.

4. **N**emo militans Deo implicat se negociis secularibus.] Male additum est à nostris, Deo. Nam est argumentum à minori, atque ab exemplo. Quod si ille qui militat, prohibetur è fure Civili, atque è disciplina militari, negociori: quanto magis miles Christi

IN EPIST. AD TIM. II. 180
sti? Militem enim Christi Timotheum appellarvit. Nec tam negotiis legendum est, quā negociationibus: οργυματοίς: nec tam secularibus quam vitæ, τὰ βίου: nec tam implicat se quam implicatur, ἐμπλέκεται. Ut ei placeat cui se probavit.] Gracè est, Ut ei qui ipsum delegit militem placeat, ἵνα τῷ σέγνωλογῷ πάρεσθη.

5. Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitimè certaverit.] Non legitur Gracè, in agone: nec Agon locus est, sed Agon certamen. Ego autem puto sic fuisse transferendum: Si autem & certet quis, non coronatur, εἰδὼς ὅτι αὐτὸν πειστεῖται φανεῖται.

14. Hæc commoneo testificans coram Deo.] Commone legendum est, sive, in memoriam redige, ωφελίμως. Noli verbis contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.] Non est Gracè imperativum, sed infinitivum, Non contendere verbis: ita enim se habet tota sententia, & ita puto translatisse interpretem: Hæc commone, testificans coram Deo, non verbis contendere, sive ne verbis contendant, in nihil utile, sive in nullam utilitatem, ad eversionem audientium: μὴ λογομαχεῖτε, εἰς δὲ τὸν χειρομόνος, δῆλον καταρροφή.

16. Prophana & inaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut cancer serpit.] Quod super-

¶ Tim. 4.7. ut dixit ineptas, ad eundem Timotheum scribens, id nunc ait Prophana, Βεβήλας. Nec est legendum cum copula. Nec iam est inaniloquia, quam inanes voces, νηνοφωνίας. Nec legendum est proficiunt, sed proficient, προχέψοντες. Nec tam est Multum quam Amplius, sive ut ad verbum transferam, in plus proficient impietatis, ἐπὶ τῷ λόγῳ τὸ προκόψειν αἰσθάνεται. Et serpet, non serpit, quod aptius elegansque translatum est quam verius: nam Græcè dicitur, Et sermo eorum ut cancer pasturam, sive passionem habebit, νομίμως ἔξει.

19. Cognovit Dominus qui sunt ejus.] *Nisi aliena tractasset interpres, hanc dubie dixisset, Qui sunt sui: nunc quia repperit genitivum græcum ὁντος, quod significat Ipsius, sive Ejus, per incuriam quandam verbum è verbo traduxit, ut se penumero aliás, sed parum Latinè.*

CAP. III.

2. Cupidi.] *Dixi superius Græcum vocabulum significare Pecuniæ cupidos, hoc est, argenti, φιλάργυροι.*

3. Sine pace.] *Potius sine foedere, ἀσπαρδοῖ.*

7. Et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.] *Valentes pervenire, est Græce, ἐλθεῖν διωκόμενοι.*

10. Te

10. Tu autem affectatus es meam doctrinam, persequutiones; passiones.] *Potius affectatus, sive sequutus es: non enim fuisset affectatus, id est, adeptus, persequitiones & passiones Pauli, ut Paulus ait, sed affectatus, seu sequutus, quod Gracum verbum indicat, παρηκλήθης, ut dixi in principio Euangelij Lucae.*

Luc. I. 3.

C A P. IV.

2. **I**NSTA importunè.] *Aliud hic verbum.*
*I*est importunè, ἀναιπός, aliud in Epistola secunda ad Thessalonicenses : Ab importuni-² Thess. 3.2
 nis & malis hominibus, ἀτόπω, quod nomen ἀτοπώ. *G*racè à loco dicitur, & Latinè à Portu: quod Importunus,
 sicut locus importuosus, sive carens portu, est infestus navibus, ita quis infestus & dirus aliqui dicitur Importunus. *A*t hoc ad Timotheum, dictum est à tempore, sicut proximum, ἀναιπός, ut magis legendum sit Opportunè importunè, quod non pejus transferretur tempestivè intempestivè, & foret verbū è verbo.

5. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum ample, sobrius esto.] *G*racè abest Sobrius esto.
*I*llud quoque labora, ferè gracè est tolera, sive, ut ad verbum, quo ad fieri potest, transferam,
 Mala tolera, ηγεμονίσσων.

14. Reddet ei Deus secundum opera

Z 5

sua.]


Cap. iv. L. VAL. COL. IN EPIST. AD TIM. II.

sua.] *Interpres translatis procul dubio, reddat, sicut in Greco est, ἐποδῶν, sed aliquis putans alienum esse à Paulo imprecari malum ei à quo accepit injurias, mutavit in indicativum, quasi non sit cum alibi, tum verò in Psalmis frequens hujusmodi imprecatio: de cuius rei qualitate non est hujus loci disputare, satis nobis sic niti Graca veritate.*

18. Liberavit enim me Dominus ab omni opere malo, & salvum faciet.] *Gracè est, Et liberabit me Dominus, ἐγένεται με.*

L A U R E N T I I V A L L A E
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM PAULI AD
T I M O T H E U M II.
F I N I S,

L A U R.



LAUR. VALLAE

COLLATIONES
IN EPISTOLAM
PAULI

AD

T I T V M.

C A P . I.

2.



N spem vitæ æternæ, quā promisit Deus , qui non mentitur , ante tempora secularia.] Æternæ, ~~et~~ secularia, ~~et~~ idem verbum est Græcè, ideoque cūm apud alios , tum apud Augustinum lego , Ante tempora æterna. De quo vocabulo alibi loquens , ait : Sed non sunt ausi Latini dicere, hoc seculare, nam longè in aliud mittere sensum Seculare. Sed ipse Augustinus videtur , si seculum est ~~diuinus~~ , et secula ~~diuinas~~ , cur non

non possit transferri à iñior Seculare, sed æternum. Certè quod ipse negat, Latini quidam ita transulerunt, & verbum vetustum sancè est, unde dicti sunt Ludi seculares, id est, illius seculi.

Ludi seculares.

5. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros.] *Cur non in Creta potius quam Cretæ? ut etiam Gracè est, ex xp̄t̄: et si illi nominibus quoq; urbium prepositionem addunt, quam tu à regionis nomine sustulisti. Non est Gracè pluralis numeri Civitates, sed Civitatem, οντι τόπον. Quæ res si quid differt, in hoc differt, quod poterant plures in una civitate constitui presbyteri, qui sunt iidem episcopi, ut ipsa verba que sequuntur indicant.*

7. Sicut Dei dispensatorem.] *Velut dicendum erat, quam elegantiam Græci non habent, ὡς.*

11. Quos oportet redargui.] *Gracè est Redarguere, sive quorum ora oportet comprimere, sive ut in Euangilio Luca, Comprimere: nam idem hic quod illic est verbum, ἐμσουλίζει.*

12. Malæ bestiæ, ventris pigri.] *Ventre legendum est, γαστέρες.*

13. Quamobrem increpa illos durè.] *Gracè est Abscisse, sive præfracte, ξυρόμενος.*

14. Aversantium se à veritate.] *Gracè est, Aversantium veritatem, sive avertentium*

tentium veritatem, ἔπειρομάντει τῶν ἀληθέων.

15. Omnia munda mundis, coquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Gracē est, Omnia quidem munda mundis, πάντα μέν.

16. Quum sint abominati & incredibili-
les.] Cur non potius increduli, aut certè im-
persuasibiles? ἀπειθεῖς. Melius igitur pau-
lopōst: Eramus enim nos aliquando insipi-
entes & increduli. ἀπειθεῖς. c. 3. 3.

C A P. II.

12. ET secularia desideria, sobrietate & justitate,
& pie vivamus in hoc seculo,

13. Expectantes adventum magni Dei.]
Quamvis sint Secularia & Seculo similia, ta-
men Gracē sunt dissimilia. Nam secularia
nunc Gracē dicitur Mundana, κοκκινὰ: & con-
trā Apparuit & Adventum, sunt diversa La-
tinæ, tamen Gracē non differunt; nam Adven-
tum nunc Gracē dicitur Apparitionem, ιπ-
φάνειαν.

14. Et mundaret sibi populum accepta-
bilem.] Gracē est Peculiarem, οἰκίαν.

C A P.

C A P . III .

2. Non litigiosos esse.] Lites sunt in iu.
dicio. Graeca vox magis videtur signi-
ficare non rixosos, & ut suprà dixi, non pu-
gnaces, ἀμάχος.

8. Ut carent in bonis operibus præesse
qui credunt Deo.] Crediderunt legendum.
est, πεισθόντες, id est, qui ad fidem accesserunt.
Credere. *Est ergo Credere, in fide esse: credidisse au-*
Rom. 13.13 tem, ad fidem accessisse, ut ad Romanos: Nunc
autem propior est nostra salus, quām cùm
credidimus: *id est, nunc cùm credimus, & in*
credendo perseveramus.

L A U R E N T I I V A L L A E
C O L L A T I O N U M I N E P I-
S T O L A M P A U L I
A D T I T U M
F I N I S .

L A U R .



L A U R . V A L L A E
C O L L A T I O N E S
 IN EPISTOLAM
 PAULI
AD
P H I L E M O N E M .

C A P . I.

6. **V**T cōmutatio fidei tuæ evidens fiat in agnitio-
 nem omnis boni in Chri-
 sto Jesu.] *Eπεγγής. Videtur*
dicendum, fuisse Efficax:
nam, evidens una litera
mutata, dicitur ἐπεγγής. Unde nescio an in epi-
stola illa Hieronymi, qua præponitur libris
Pentateuchi, sit legendum per à potius Enar-
gia, an per e Energia, ut ad Hebraeos : Vivus Heb. 4.12;
est enim sermo Dei & efficax, ἐπεγγής. Nam
videtur Hieronymus significare potius Evi-
dentiam quàm efficaciam, cùm dicit, Habet
quid

quid latentis Energiae viva vox. De qua etiam dictione dixi superius.

8. Propter quod fiduciam multam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet.] *Ego mallem dicere, Quod decens est: nam ad quam rem istud pertinet? Sed quid disputo, cum Græca sim ubique veritate contentus?* τὸ ἀντίκον.

9. Propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & vincetus Christi.] *Quia videbatur non posse fieri comparatio de Paulo ad Paulum, ut in prima persona diceretur, Cùm sim talis ut Paulus senex: mutaverint quidam in secundam personam, ut de Philemone dicatur, Cùm sis talis ut ego. At hoc Græca veritas negat: οὐαρεῖσθαι τις τῷ ὥρᾳ, id est, cum talis sim, obsecro ut Paulus, ut senex, ut vincetus Iesu Christi.*

12. Tu autem illum, id est, viscera mea suscipe.] *In plerisque codicibus pro correctione inveni corruptionē, ut scribatur Ut vel Sicut, pro Id est, τις τις: & deleta vetusta scriptura, vel notata que vera erat, subditam vel superscriptam falsam...*

16. Jam non ut servum, pro servo charissimum filium ac fratrem.] *Non dicitur Græce Pro servo, id est, ὁ δέλπις, sed ὁ πέρι δέλπιος, hoc est, supra servum, videlicet charissimum filium ac fratrem,*

17. Susci-

17. Suscipe illum sicut me.] *Dicendum erat* Velut me, *sive* tanquam me, *hoc est*, ac si esset ego, *as*

18. Si autem tibi aliquid nocuit, aut debet, hoc mihi imputa.] *Ne quis in malam partem caperet.* Imputare, poterat transferre non minus recte, hoc mihi expensum ferre optimè tamen translatum, et si non optimè amnes intelligant, emboyer.

20. Ita frater, ego te fruar in domino, refice viscera mea in Christo.] *Non est coniunctum* Ita *cum* verbo Fruor, *sed separatum* hoc, ita frater: *quod nescio cur interpres, quod nunquam fecit*, dixerit pro Etiam Ita *vñ*, de quo superius differui. *Non est nunc illud verbum consuetum, quod significat Fruor, sed quod fortè magis significat Potior, oratio plus.*

L A U R E N T I I V A L L E
COLLATIONUM IN EPIST.
STOLAM PAULI AD
PHILEMONEM
FINIS.

Aa

LAURE



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
PAULI

AD

HEBRAEOS.

CAPUT I.

I.



ULTIFARIE multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissimè diebus istis loquutus est nobis in filio.] Ne diceret interpres bis Locutus, dixit Loquens, cùm Gracè, quod est longè melius, dicatur Loquutus, λόγιος.

3. Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus.] Figura Gracè, nunc dicitur character. χαρακτὴρ: & substantiæ, hypostaleos, υποστάσις, ne quis aliter accipiat, quam

L. VAL. COL. IN EPIST. AD HEB. 186
quām Græca veritas patiatur. Portansque
omnia verbo virtutis suę purgationem pec-
catorum faciens, sedet ad dexteram maje-
statis in excelsis.] *Cur non Ferens potius quā*
Portans, ut est Gracè, φέρω? Gracè quoque
est, Qui per seipsum purgationem peccato-
rum nostrorum fecit, sedet ad dexteram, si-
ve in dextra, διὰ τοῦτο καθεισμὸν παντούντι
τὸν ἀμαρτητὸν οὐ μόνον, ἀλλά τις εἰδίᾳ τὸ μητροπο-
ντις. *Hic vere dicitur Majestas: nam superius*
cum hoc vocabulum legitimus, fere Gloria Græ-
cè dicitur.

14. Nónne omnes sunt administratorij
spiritus in ministerium missi?] Non missi,
sed qui mittuntur, θυσειλθύματα.

C A P. II.

1. **N**E forte pereffluamus.] *Cur non po-*
tius Præterfluamus? Θυσειλθύματα.

17. Ut misericors fieret, & fidelis pon-
tifex ad Deum.] *Potius,* In his quæ ad De-
um sunt, seu spectant, τὰ τοὺς τὸν Θεόν, sicut
facit posterius: Omnis namque pontifex ex eis. eis
hominibus assumptus, pro hominibus con-
stitutus in his quæ sunt ad Deum, *Ia* τοὺς
τὸν Θεόν.

A a 2 C A P. II.

C A P . III .

3. **A**mplioris enim gloriæ iste præ Moy-
se dignus habitus est, quanto amplio-
rem honorem habet domus qui fabricavit
eam.] *Interpres nonnunquam transfert non
modo verbum è verbo, sed etiam casum è casu.*
*Taceo quòd dixit Amplioris gratiæ, pro Am-
pliori gratia dignus est, ut ratio Latina lin-
guæ postulat: eundem casum comparativo de-
dit, hoc est, genitivum. Qui cum sit ejusdem
vocis, cuius est nominativus (de Domus lo-
quor) plerique hunc locum non intellexerunt,
quorum est Remigius, non inveniens sententia
exitum. At si translatisse interpres Domo,
nemo sententiam ignorasset. Domum nunc A-
postolus intelligit populum Dei & Christi, in
qua habitat, quamque fabricavit.*

10. Propter quod infensus fui generati-
oni huic.] *Melius sic, quam quo modo emen-
datur, Offensus, ὀφεώχθισα.*

C A P . IV .

12. **V**ivus enim sermo Dei, & penetrabi-
lior omni gladio ancipiti.] *Quidam,*
*quorum est Ambrosius, hunc locum transfe-
runt, Verbum Dei validum, & omni gladio
acutius. Hinc datur intelligi, non esse verum
quod*

*quod quidam volunt, Machæram esse tantum Macharam
altera parte acutam, cum hic dicatur utring,
acuta, μάχαιρα δίσομη, sive duo habens ora,
sive utrinque incidens. Nam & illud voca-
bulum quod ab aliis acutior, ab aliis penetra-
biliar transfertur, si decor pateretur, posset ma-
gis transferri Incidentior, seu amputantior,
τομώτις Θ.*

16. Ut misericordiam consequamur, &
gratiam inveniamus in auxilio opportuno.]
*Ego mallem dicere In auxilium opportunum,
ut Græce habetur, εἰς ἐυκυροφθοίθεντα.*

C A P. V.

2. **Q**Ui juxta mensuram suam condole-
re posset iis.] *Non est Græce Suam:
quod fortassis totum uno verbo transferri po-
terat, Compassibilis: nam Græce compati-
nunc dicitur πεπειθεῖν. Idem fortè non male
transferatur, Qui particeps passionis possit
esse.*

4. Sed qui vocatur à Deo tanquam Aa-
ron.] *Sicut, vel Tanquam & Aaron, dicen-
dum erat, non tanquam, ραθάπερ ή.*

11. Et interpretabilis ad dicendum.]
*Imò & difficilis ad interpretandum, δυνα-
μικόδιττο.*

12. Quæ sunt elementa exordij sermonū
Dei.] *Eloquiorum Dei legendum est, λογίων.*

14. Qui pro consuetudine habent exercitatos sermones.] *Gracē est;* Qui propter habitum διὰ τὴν ἔξιν.

CAP. VI.

6. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem,] *In modo omittentēs, ἀφέντες.* Nec Inchoationis dixissimus potius quam Primitivū, seu Principij, Tunc ap̄χθε.

9. Meliora & viciniora saluti.] *Gracē est Vicina, seu Propinqua, ἐχεινεα.*

11. Cupimus autem unumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem.] *Non est Gracē Ostentare, sed Ostendere, seu Dēmonstrare, ἐδείκνυσθαι.*

12. Ut non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones.] *Gracē est,* Per fidem & patientiam hæreditant, si modò hoc verbum reperitur: sive hæreditate possident διάταξις τὸ μακροθύμιας πληγοτομούσιαν.

13. Jūravit per semetipsum, dicens: Nisi benedicens benedicāt te] *Non est Gracē Nisi;* quod dicitur εἰ μὲν, sed quod simile nonnihil est, δὲ μὲν, quod est affirmantis & asseverantis, id est, verē vel profectō, vel enim vero, velutique.

16. Homines enim per majorem sui iurant.]

rant.] *Hoc est quod dixi superius, transferre casum è casu, quasi nos demus comparativo generativum, more Græco. Ergo Se fuit dicendum. Verum Gracè ista particula non legitur, sed subauditur.*

C A P. VII.

6. **C**ujus autem generatio non annume-
ratur, in eis decimas sumpfit ab A-
braham.] *Et apertius diceretur & verius, Is-*
qui non numerature ex generatione, *sive ex*
familia eorum, decimas sumpfit, ὅς μὴ γετα-
λογέμενος εἴη ἀντίστοιχος.

9. Et ut ita dictum sit, per Abraham &
Levi, qui decimas accepit, decimatus est.] *Consuetus est sic transferre, Et ut sic dicam,*
καὶ οὐς τὸν εἰπεῖν. Nec legendum est Accepit,
ne intelligatur de Melchisedec, hoc est, Levi-
ta & sacerdos, ὁ δικάτας λαυρέαν.

24. Hic autem ed quod maneat in æter-
num, sempiternum habet sacerdotium.] *Æ-*
ternum & sempiternum idem significant, &
penè idem vocabulum sunt. At Gracè diversa:
dicitur enim Sempiternum, incommutabile,
sive intransgressibile, sive imprævaricabile,
ἀπαράβατον.

Æternum.
Sempiter-
num.

25. Unde & salvare in perpetuum potest, ac-
cedens per semetipsum ad Deum.] *Legendū*
est, Accedentes per ipsū, ἐποιησθαι διὰ αὐτοῦ.

C A P. VIII.

1. Capitulum autem super ea quæ dicuntur.
Cetur.] *Cur non Summa autem, sive in summa autem super iis quæ dicuntur?* *καθάλειον ἢ δὲ τοῖς λεγομένοις.* Qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis.] *Cur non, sicut superius, Sedit? εὐαθίστων.* *Quod superius Majestatis, idem nunc ait Magnitudo-
nis, μεγαλοσύνης.* Superius Ad dexteram, num In dextera, sed nunc magis Graco respondeat,
εἰ δέξιᾳ.

4. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos.] *Gracè est,* Si enim esset, vel essent, sive, Nam si essent quidem super ter- ram. *Reliquam quoque partem sic transtulif-
sem,* Non etiam sacerdos esset, *id est,* si es- sent munera & hostia, non tamen esset sa- cerdos *idoneus,* quia cateri qui illa offerebant, *umbratice & non verè offerebant,* εἰ μὲν γὰς οὐδὲ γῆς εἰδοῦσι τοῦ Ιησοῦ.

7. Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquireretur.] Culpa non videatur nunc vocabulum idoneum. *Graci sic est,* Si enim primum illud irreprehensi- bile esset, sive invituperabile esset: sive, Ni- si enim primum illud vituperabile esset, non inquireretur secundi locus: εἰ γὰς οὐ κατέ- θηται τοῦ Ιησοῦ, εἰδοῦσι διτέρης τοῦ Ιησοῦ εἰγένετο.

8. Ecce

8. Ecce dies venient, dicit Dominus.]
Venient legendum est, ἐπεχερθοῦσι:

13. Dicendo autem novum, veteravit prius.] *Ego dixisse*, Antiquavit primum, παλαιώσκε Τὸν τρόπον. Non modo quia veterare in sensum passivum nescio an reperiatur, ut nunc accipiendum est, sed etiam quia idem verbum est quod illud sequens. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est, παλαιώσθετο.

CAP. IX.

1. ET sanctum seculare.] *Gracè, ut iterum dixi, est Mundanum potius quam Seculare, καστικόν.*

10. Usque ad tempus correctionis impositis.] *Legendum est Impositi: refertur enim ad nominativum munera & hostiæ, non ad ablativum Cibis & potibus, & baptis. mis, & justitiis: δικαιουσίᾳ.*

11. Christus autem assistens pontifex futurorum.] *Quid sibi vult hoc verbum assistens? An Patri assistens? At hoc subaudiri non potest. Præterea non diceretur paulopost: Introivit in sancta. Ergo verum esse docet ratio, quod Gracè legitur, veniens seu adveniens, θεογένεσις.*

24. Mon enim in manufactis Jesus introivit exemplaria verorum.] *Melius sic in-*

Cap. X. LAUR. VALLE COLLAT.
quibusdam codicibus legitur: Non enim in
manufactā sanctā introivit Iesus, eis χειρο-
ποίητα ἄγα τεσσάρας οἱ χριστοί.

28. Ad multorum exhaurienda pecca-
ta.] Gracè est, Ad multorum referenda, sive
exhibenda peccata, videlicet ut remitteren-
tur à patre: ἀναγνωρίσθαι

C A P. X.

19. **H**abentes itaque fratres in introitu
sanctorum in sanguine Christi,

20. Quam initiauit nobis viam novam:]
In introitum potius legendum, quod videlicet
confidamus introire in sancta: nam quid est
nunc in introitu sanctorum? & ita Gracè ha-
betur, εἰς τὴν εἰσόδον. Posset etiam transferri
Quem, hoc est, introitum: nam Gracè introi-
tus est generis feminini. Nec accipiendum est,
ut quidam faciant pro Inchoavit, sed pro
Consecravit, seu dedicavit: nam idem hic
vocabulum, εἰσερχόμενον, & superius De-
dicatum est, ἐγκαίσια.

29. Mihi vindictam, ego retribuam.]
Nominativo legendum est Vindicta, ἐνδίκνον.

33. In altero quidem opprobriis & pas-
sionibus spectaculum facti, in altero autem,
socij taliter converstantium effecti.] Aperti-
sus transferretur pro his In altero, his Tum-
sibus, ratisq. Spectaculum facti, Gracè dici-

*tur, Theatro expositi, id est, theatrizati,
spectaculis. Theatrum Gracè, Latinè spe-
ctaculum & spectacula dicitur.*

34. Nam & vincitis compassi estis.] *Pu-
dendum est vicem Latinorum, qui ita sacrorum
librorum veritatem corrumpi permiserunt, ne
dicam corruperunt: nam hic locus precipue
probat hanc epistolam esse Pauli, quum dicat,* Epistolam
ad Hebreos
Pauli esse.
*Compassi estis vinculis meis, non vincitis,
despois mou.*

38. Justus autem ex fide vivit.] *Legen-
dum est Vivet, ζίνει.*

C A P. XI.

1. **E**st enim fides sperandarum substan-
tia rerum, argumentum non apparen-
tium.] *Cur sperandarum, quod est futuri, &
Apparentium, quod est praesentis? Gracè est
eiusdem temporis, ἐλπίζομεν, id est, quæ spe-
rantur: & ελπίζομεν, id est, quæ non videntur.*

4. Fide plurimam hostiam Abel quam
Cain obtulit Deo, per quam testimonium
consequutus est esse justus.] *Interpres ne de-
ceret Plurem hostiam, quod non reperitur,
abusus est superlativo pro comparativo, quasi
non posset dicere Plus hostiarum, πλιονα δυσια.
Etiam, Esse justus, Gracanice dixit, quum di-
cere posset, Testimonio probatus est esse ju-
stus, εμαρτυρήθη δίκαιος.*

8. Fide

Cap. XI. LAUR. VALLÆ COLLAT.

8. Fide qui vocatur Abraham obedi-
vit.] Fide vocatus Abraham obedivit, trans-
ferendum fuit: aut sic translatum est, ergo &
sic legendum: *τις γαλέων θ.*

9. In casulis habitando.] Græcè est, In
tentoriis, sive tentoriis, id est, in scenis, à
oribus.

12. Propter quod ab uno orti sunt, &
hoc emortuo, tanquam sydera cœli.] Legen-
dum est Orta, quod etiamen græcè ambiguum
est. Certe hæc, non hoc: refertur enim Orta
ad sydera, quod perinde est ac si diceretur, Et
quidem emortuo: ἐγρήθη, καὶ τὰ ταῦτα reverba-
perivou.

15. Et si quidem meminissent de qua
exierant, habebant utique tempus reverten-
di: nunc autem meliorem appetunt, id est,
coelestem.] Non de præterito loquitur Aposto-
lus, sed de præsenti: ideoque sic fuit transferen-
dum, Et si quidem illius recordarentur ex
qua exierunt, haberent tempus revertendi,
καὶ εἰ πενίουν ἐμπούρδον, ἀφ' ὃς ὁξῆλθον, εἴχον δὲ
καιρὸν ἀναμέμψασθαι.

16. Ideo non confunditur Deus vocari
Deus eorum.] Deus pro Deum dixit, more
Græco, non Latino. Dicitur enim, ille erube-
scit vocari bonum, non bonus: rectè autem,
Cupit aut timet vocari bonus. Sed cur Con-
funditur potius dicit, quam Pudet? idque ali-
quoties, ut græcè est, ἔννογύνεθο.

19. Un-

19. Unde eum & in parabolam accepit.] *Alium sensum facit nunc accusativus quam,*
ut est grācē, dative, id est, nōster ablativus,
διὰ ταχέων.

21. Et adoravit fastigium virgæ ejus.] *Ad quid refertur Ejus? si ad Jacob, dicendum*
fuit Suæ: sed si ad Joseph, dicendum fuit Ejus.
Sed cur fastigium potius quam Summitatem,
ut grācē est? nec adoravit fastigium, sed super
fastigium, διὰ τὸ ἄκρον τὸ πέρας αὐτῆς.

25. Magis eligens affligi cum populo
 Dei, quam temporalis delicti habere jucunditatem.] *Grācē est Fruitionem, Σπλαστή.*
Nec Latine rectè dicitur, habeo jucunditatem, sed voluptatem, & delectationem: ut Voluptas.
Jucunditas vocis, voluptas vero sive delectatio, eam audientis.

32. Et quid adhuc dicam?] *Legendum.*
 est Dico, λέγω.

C A P. XII.

1. **I**deoque & nos tantam habentes impo-
 sitam nubem testium, deponentes o-
 mne pondus, & circundans nos peccatum.] *Grācē est Circumpositam, σεμίπερον: nec*
Circundans, sed facile, sive bene circundans,
διάστατον.

2. In autorem fidei.] *Possit etiam trans-
 ferri, In principem, sive ducem, ductorēmve,*
αρχη.

*ἀρχήσθε. Confusione contempta.] Confusi-
onem intelligamus pudorem, sive ignomini-
am: quanquam nunc propter verbum præteriti
temporis, antecedens poterat nō indecorè trans-
ferre per participium præsentis temporis, certi
ad majorem sententia lucem, sic: Ignominiam
contemnens, seu pro nihilo ducens, ἀτάχυμ
καταφονός.*

3. Ut non fatigemini animis vestris de-
ficientes.] *Melius foret Defatigemini, hoc
est, labore deficiatis. Animis etiam pro a-
nimabus dixit, hanc dubie elegantius, nāpum
ἢ ψυχᾶς.*

5. Fili mi , noli negligere disciplinam
Domini, neque fatigaris dum ab eo argue-
tis:

6. Quem enim diligit Dominus, casti-
gat: flagellat autem omnem filium, quem
recipit.

7. In disciplina perseverate , tanquam
filiis vobis se offert Deus. Quis enim est fi-
lius quem non corripit pater?

8. Quod si extra disciplinam estis, cuius
participes facti sunt omnes , ergo adulteri-
ni, & non filij estis.

9. Deinde patres quidem carnis habui-
mus eruditores.] *Propter hunc locum, & si
qui sint similes, moris est quibusdam discipli-
nam appellare castigationem & correctio-
nem: quam autem recte, ipsi viderint. Nos au-
tem*

tem sciamus pro disciplina, pro castigatione,
pro correctione, pro eruditione, unum atque
idem grācē esse vocabulum, mudācā, quod pro-
priè eruditio est, & velut puerorum institu-
tio. Adulterini, pro illegitimi, sive, ut quidam
jurisconsulti loquuntur, pro Spurij, parum spurius.
propriè dictum est. Veteres ipso grāco Nothi Nothi,
utebantur, vobis, ut (ato testatur (quemadmo-
dum est apud Quintilianum) inquiens : Quia
caremus domestico, utimur peregrino. Hand-
scio an interpres nec peregrino, id est, ipso grāco:
nec hoc, quo quidam jurisconsulti, & alij qui-
dam uentur, tanquam parum probabili usi-
vulnerit: Fortè nunc magis fuit transferendum
Liberi quam filij, quia illegitimi tamen filij Liberi.
sunt, sed fortasse non liberi vocandi, ut etiam
idem Quintilianus notat.

17. Seitote enim.] Scitis legendum est:
et si ambiguum est Grācē, non tamen sensu am-
biguum, iste.

18. Non enim accessistis ad tractabi-
lem montem, & accessibilem ignem.] Ac-
cessibilem, sive accensum legendum est, ne-
καυμένῳ.

CAP. XIII.

1. Per hanc enim placuerunt quidam an-
gelis hospitio receptis.] Latuerunt le-
gendum est, sive per hanc latuit quosdam,
quod

Ca. xiii L. VAL. COL. IN EPIST. AD HEB.
quod angelos in hospitium accepissent, ελα
θόν πνευ ξερίζτες αγγέλους.

2. Mementote vincitorum, tanquam simul vincti; & laborantium, tanquam ipsis in corpore morantes.] Gracè est, Tanquam estis in corpore, supple laborantium: intelligitamen laborantium, id est, ærumnas patientium, τὸν κακοχυμένων, ὡς ἀυτοὶ ὄντες ἐν Κώμαι.

4. Et thorus immaculatus.] Gracè est Concubitus, κοίτη, quem admodum transluit Rom. 9, 110 interpres in epistola ad Romanos, ubi de Isaac & Rebecca Paulus loquitur, κοίτης.

22. Etenim paucis scripsi vobis.] Per pauca legendum est, ut non sit unum nomen compositum, sed duæ dictiones, διὰ βεβηχέσσων.

L A U R E N T I I V A L L A
C O L L A T I O N U M I N E P I -
S T O L A M P A U L I A D
H E B R A E O S
F I N I S .

L A U R.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAS
CANONICAS.

*IN EPISTOLAM
IACOBI.*

CAP. I.

5.  OSTULET à Deo, qui
dat omnibus affluenter, &
non improperat.] Gracē
non est Affluenter, sed sim-
pliciter, amāns.

9. Glorietur autem fra-
ter humilis in exaltatione sua.] Imò in alti-
tudine, sive in sublimitate sua, & nō ubi.

18. Voluntarie enim genuit nos verbo
veritatis, ut simus initium aliquod creatu-
ræ ejus.] *Ego dixi sem*, Volens concepit nos
verbo veritatis, ut essemus primitiæ quæ-
dam

Bb

Cap. II. LAUR. VALLÆ COLLAT.
& IIII, *dam creaturarum ejus, seu suarum : βουλιθεῖς
ἀπκύησαν ἡμᾶς λόγῳ ἀλυθέας, εἰς τὸ έδί) ἡμᾶς ἀπαρ-
χλω' πνατὴ κπομάτων ἀπὲ.*

19. *Scitis fratres mei dilectissimi, o-
mnis homo velox ad audiendum.] Gracè est,
Itaque fratres mei, ὥστε.*

27. *Et immaculatum se custodire ab hoc
seculo.] Gracè est, Ab hoc mundo, οὐ κόσμος.*

C A P. II.

2. *[N] veste candida.] Gracè est, Fulgida.]
λαμπρᾶ. nam panlopòst idem vocabulum
aliter transfertur:*

3. *Et intendatis in eum qui indutus est
veste præclara.] Ηώ λαμπεῖσ.*

13. *Superexaltat misericordia judiciū.]
Gracè est Supergloriatur, φατακαχῶ) ἔλεος
κείσας, sive gloriatur misericordia adversus
Rom. ii. 18. judicium, ut est in epistola ad Romanos: Noli
gloriari adversus ramos. Si autem gloria-
ris: μὴ κατακαχῶ γῆς κλάδων. εἰ δὲ κατακαχῶ-
σαι. Et in hac epistola pòst: Nolite gloriari,
μὴ κατακαχῶσθε.*

C A P. III.

1. *S*cientes quoniam majus judicium su-
mitis.] *Non secunda persona est Gracè,
sed prima: nec præsentis temporis, sed futuri,
ληφόμενa.*

ληφεδα. Sumemus, vel potius accipiemus. Sumere.
Sumimus enim volentes, accipimus autem Accipere;
interdum & nolentes: ut accepi vulnus, inju-
riam, damnum, non sumpsi.

4. Ecce & naves cum magnae sint.] Cùm
 tantæ sint, legendum est, ηλικαι τα ὄντα.

5. Ecce quantus ignis, quam magnam
 sylvam incendit ?] *Puto esse translatum,*
Quantulus, nam græcè est Exiguus, ὀλίγος;
nec Quām magnam, sed Quantam, græcè est,
ὅλης.

17. Deinde pacifica, modesta, suavisibi-
 lis.] *Potius Persuasibilis, seu facilis persua-*
su, δύσθυς.

C A P. IV.

1. **N**onne hinc ex concupiscentiis.] *Imò*
ex voluptatibus, επιθυμοῖς.

2. Non habetis, propter quod non po-
 stulatis.] *Non fuit transferendum Propter*
quod, sed quia, sive propterea quod non po-
stulatis, διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ψῆψις. Nam videntur
istī non ideo non habere, quia non postulant:
sed ideo non postulare, quia non habent.

16. Nunc autem exultatis in superbiis
 vestris.] *Imò gloriamini, ρωγαδε.*

C A P. V.

5. **E**Pulati estis super terram , & in luxurias enutristis corda vestra, in die occasionis adduxistis,

6. Occidistis justum, & non restitit vos
vobis.] *Quis sensus in verbo Adduxistis? Opinor interpretem traduxisse Addixistis, hoc est, condemnastis. Nam Gracè est, κατεδικώσατε.*

Addicere.

Addicere enim pro damnare accipitur, ut apud Ciceronem in libris Officiorum: Is qui morti additus esset. Ego tamen sic transferrem (nam alia sunt quæ à Greco discrepant) Deliciose egistis super terram & lautè, aluitis corda vestra, quasi in die mactationis condemnastis, occidistis justum, non restitit vobis: ἐρυφίσατε δὲ τὸ γῆς, καὶ ἐσπαταλήσατε, ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, αἱς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς κατεβάνται, ἐφορδώσατε πάντα δίκαιουν, ἐν ἀνπτάσσει ὅμινον.

7. Donec accipiat temporaneum & serotinum.] *Gracè est, Donec accipiat pluviam matutinam & vespertinam, υετὸν φρέσκον καὶ δέψιμον.*

11. Ecce beatificamus qui sustinuerūt.] *Hoc idem est vocabulum gracè quod illa duo, Beatum dicimus, sive beatum facimus, μακελεῖζομεν. Quoniam misericors est Dominus & miserator.] Gracè est, Quoniam valde misericors, παλύωσταγχθό-*

12. Sit

12. Sit autem sermo vester *Est est*, non non.] *Gracè est, ut superius quoque testatus sum*, Quod est etiam, etiam : & quod est non, non: *id est, cùm affirmatis*, Etiam: *cùm negatis*, Non, *ποὺ τὰ τὰ, καὶ τὸ τὸ*.

13. Tristatur aliquis vestrum ? oret æ quo animo & psallat.] *Corrupta scriptura est, nam legendum est*: Tristatur quis, sive affligitur, sive in ærumna est quis inter vos? oret. lætus est quis, sive animo læto, sive bene affecto est quis? psallat. *κακοπαθεῖτε οὐ μηριν, φροσύνης χάσμα. δέθυμητε πει; φρήντω*.

16. Confitemini alterutrum peccata ve stra, & orate pro invicem.] *Quis hanc sermonis barbariem ferat, Pro invicem? sic transferendum erat*: Confitemini mutuò peccata vestra, & orate pro vobis mutuò *ὑπὲρ ἀλλήλων*,

20. Et salvabit animam ejus à morte.] *Non legitur Gracè Ejus, quod magis eras descendum Suam.*

L A U R E N T I I V A L L Æ
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM JACOBIT
F I N I S.



LAUR, VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
BEATI
P E T R I
P R I M A M.

C A P . I.

12  d*icitur* *Uibus* revelatum est,
quoniam non sibiipsis,
nobis autem ministrabant
ea quae nunc nunciata
sunt vobis per eos qui
euangelizaverunt vobis
spiritu sancto misso de cœlo, in quem desi-
derant angeli prospicere.] *Ego duxisse*,
Quod non sibiipsis, sed nobis. *Ille* certè ho-
minum incuria depravatum est, quod probè
translatum fuerat, *Qui euangelizaverunt*
vos in spiritu sancto misso de cœlo, in quæ:
διαγελλουμένων υμᾶς εἰ πνεύματι ἀγίῳ θαυμάζεται
d*icitur*

L. VAL. COL. IN EPIST. PETRI I. 196
ἀπὸ δὲ τοῦτον, εἰς τὸν. Nam quod angelī concupiscant
intueri spiritum sanctum, nec ulli est igno-
rātum, nec ad hanc locum pertinet: sed quod con-
piant intueri in ea quae de Christo nunciata
sunt.

13. Sobrij perfecte sperate.] *Malè*
à quibusdam emendatur Perfecti : Τελείως.
In eam quae offertur vobis gratiam.] *Gracē*
est Fertur, φέρομέντων.

14. Quasi filij obedientiae.] Tanquam
fuit transferendum, ὡς. Et iterum posterius,
Quasi agni incontaminati, ὡς.

16. Sancti eritis, quoniam ego sanctus.]
Legendum est, Sancti efficiamini, sive fatis,
γίνεσθε.

v. 19.

C A P. II.

2. **S**icut modū geniti infantes, rationa-
biles sine dolo lac concupiscite.] *Le-*
gendum est Rationabile, videlicet lac: τὸ νε-
ργιόν. Etiam illud, Sine dolo, ad lac refertur,
quod Gracē est una dictio, ἀδολού. Velut quo-
que, potius quam Sicut dixisse, ὡς. Nam al-
surdum sit dicere, Concupiscite lac quasi ve-
rum lac.

5. Et ipsi tanquam lapides superaedifi-
camini domos spirituales.] *Et nominativo*
casu, & numero singulari legendum est, Do-
mus spiritualis, ὅμοιοι μητρικός.

B b 4

6. Ecce

6. Ecce ponam in Sion.] Pono legendum est, τίθημι. Lapidem supremum, angularem, electum, preciosum: & qui crediderit in eum, non confundetur.

7. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem, lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali.] *Cur dixit, Vobis honor? an quod honor aliquis sit vobis? Atque honor appositum est, non suppositum. quod ergo suppositum? nempe lapis. Quid autem accinebat dicere, Quod lapis est vobis honor? q̄sia dixerat lapidem honorificū (sic enim interpres paulo ante translaterat) sive honorificatum: Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum. Igitur non Preciosum transferre debuit, sed honorificum ἐνημον. Nec est grācē accusatiivus casus In eum, sed in eo, ἐπ' αὐτῷ: quod tamen, ut superius ostendi, nihil differt.*

12. Ut in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificant Deum in die visitationis.

13. Subjecti estote omni creaturæ propter Deum, sive regi, quasi præcellenti sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum.] *Magis dicendum*

dicendum erat Obtrinctant, sive detrahunt,
 sive vituperant vos, quam detrectant: κα-
 τηδηγεν υ μησ. Et magis quasi malefactoribus,
 quam quasi præcellentibus: utrobique autem
 est eadem dictio graca ὡς. Et magis Inspecti-
 onis quam Visitationis, est enim græcè Epi-
 scopatus, ἐπισκοπός. Et magis subditieste si-
 ve sitis, quam estote, ἀνταργάται. Dua quoque
 dictiones desunt, Igitur & Quidem: ut sit,
 Subiciamini igitur, εἰ: & ad vindictam
 quidem malefactorum, πᾶ.

18. Sed etiam discolis.] *Græcum voca-
 bulum est Dyscolus, quod nunc non legitur,
 sed Κυνιοῖς, quod est pravis & malignis.*

20. Quæ enim gratia, si peccantes & co-
 laphizati suffertis?] *Græcè est, Quæ enim est
 gloria, τοῦτον γέ καλέσθω: & tamen in quibus-
 dam codicibus sic scriptum legitur.*

23. Tradebat autem judicanti se inju-
 stè.] *Græcè non legitur Se, nec injustè, sed ju-
 stè, δικαιῶς, hoc est, tradebat hoc Deo, qui
 justè judicat.*

C A P. III.

10. **C**erceat linguam suam à malo, &
 labia ejus ne loquantur dolum.]
*Cur non Et labia sua, sicut linguam suam?
 αὐτοδ.*

19. In quo & iis qui in carcere inclusi
 B b 5 erant,

erant, spiritu veniens prædicavit, qui increduli aliquando fuerant, & expectabant Dei patientiam.] *Gracè est Spiritibus, non spiritu, πνευμα.* Item, Aliquando incredulis, quando expectabatur Dei longanimitas, ἀπέθισσοι ποτε, οὐτε ἐξεδέχετο ή τὸ θεῖον μακροθυμία.

20. Octo animæ salvæ factæ sunt per aquam.

21. Quod & nos nunc similis formæ salvos fecit baptisma.] *Hoc relativum referatur ad Aquam, quæ gracè est neutri generis, οὐδὲ τοι.* Ideo & eodem genere per imprudenteriam translatis interpres, nisi voluit referre ad baptisma, quod cum dicatur gracè una dictione similis formæ, & genere neutrō, ἀριθμον, vix quispiam hunc locum legens intelligit: quare sic verba collocaſsem, sicque translatissem., Quæ nunc similis formæ baptisma, sive Cui nunc antitypum baptisma & nos salvos facit: non autem fecit, est enim praesentis temporis, *Cοζ̄.*

C A P. IV.

4. IN quo admirantur.] *Gracè est,* In quo hospitantur, sive hospites sunt. *Ἐριζον.*

14. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, virtutis Dei, & qui est ejus spiritus, super vos requiescit.

15. Ne-

15. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida & fur.] *Non legitur Gracē Eritis, sed subanditur Eritis.* *Quod autem sequitur, sic legitur:* Quoniam qui gloriæ & Dei spiritus super vos requiescit, secundum eos quidem blasphematur, secundum vos autem glorificatur. Nemo enim vestrum patiatur ut homicida, ἀν τοῦτος δόξεις, καὶ τὸ τέ
στέπλον ἐφ ὑμᾶς αὐτούς, καὶ τὸ ἀντίθετον μὲν, καὶ τὸ ὑμᾶς δοξάζει. μὴ γάρ τοι. *Dixi legendum Ut homicida, non Quasi: quia etiam sanctus & innocens potest pati, & saepe passus est quasi malus, id est, cum talis non esset. Melius ergo statim post:*

16. Si autem ut Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.] In ita parte *legendum est*, εἰ τούτῳ τῷ μητρι.

17. Quoniam tempus est ut incipiat iudicium de domo Dei.] *Legendum est Ad domo Dei, οὐδὲ πότε.*

18. Et si justus quidem vix salvabitur.] *Gracē est, Et si justus vix salvatur, καὶ εἰ δικαιούμενος θωξεῖ.*

C A P. V.

1. **S**Eniores ergo qui in vobis sunt, obsecro consenior.] Ergo, *non legitur Gracē. Sed cur non potius Presbyteros, qui in vobis*

Cap. v. L. VAL. COL. IN EPIST. PETRI 1.
vobis sunt, hortor compresbyter? non mo-
Presbyter. dò quia hac vox Graeca est, ὡρετέρης τὸς ἐ^νμὲν παραδογῶν Κυματοεύτερος, sed etiam quia
sequitur:

2. Pascite eum qui in vobis est, gregem
Dei providentes. *Pascere enim gregem Dei,*
est Presbyterorum, sive Episcoporum. Nam il-
lud Providentes, dicitur Gracè Episcopan-
tes, ἐποκοπῆται. Mirorque *Augustinum*
Episcopus, dicere, Episcopus interpretari Latinè super-
intendens.

3. Sed forma facti gregis ex animo.]
Non legitur gracè Ex animo: nec Forma, sed
Formæ, sive Exemplaria, τύποι.


6. Ut vos exalte in tempore tribulati-
onis.] *In quibusdam codicibus legitur Visita-*
tionis, neutrum gracè.

8. Tanquam leo rugiens circuit, quæ-
rens quem devoret.] *Non querit diabolus*
quem è multis devoret, omnes enim cupid de-
vorare: sed cùm omnes devorare non possit, que-
rit aliquem ad devorandum: & ita habet gra-
cè, ζνήση πραγμάτων, id est, quærens aliquem
devorare.

9. Scientes eandem passionem.] *Gracè*
est, Easdem passiones, sive idem passionum,
τὰ ἀντίτιθεν πραγμάτων.

F I N I S.

L A U R.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
BEATI
P E T R I
SECUNDAM.

C A P . I.

1.  IMON Petrus.] *Ut suspe-
ratus docui, Gracè est Sy-* Act. 15.13.
*meon per y, Συμεὼν Πέ-
τρος.*
4. Fugientes ejus quæ
in mundo est concupi-
scentiæ corruptionem:
5. Vos autem curam omnem subinferen-
tes, subministrate in fide vestra virtutem,
in virtute autem scientiam.] *Gracè est,* Au-
fugientes quæ in mundo est in concupisca-
tia corruptionem, & in hoc ipsum curam
omnem

omnem conferentes, sive impendentes, θνογόντες ήσαν καθημένοι ἐπθυμίᾳ φθορᾶς, ἢ ἀντὸ δὲ πόδον Καουδίλια πάσαις προετοιμάζοντος. Virtus hoc loco suo proprio appellatur, à qua viri boni fiunt, ἀγέρη, sicut paulo quoque ante: Qui vocavit nos propria gloriâ & virtute, ἀγέρη. Nam illud paulo superius, Divinæ virtutis suæ, aliud vocabulum est, quod autem semper usurpatum est, quodque superius exposui, δωράμεως.

v. 3. 8. Hæc enim si vobiscum affint, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione,

9. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentantis, oblivionem accipiens purgationis veterum delictorum.] *Vellem, ut eleganter dixit Superent pro Abundent sive abundant, πλεονάζονται, & Præsto sunt pro Assunt, πάγεται: ita eleganter dixisset Vobis, non vobiscum affunt, υπὸ τοπορχούτω.* Illud autem tempore corruptum est, Manu tentantis, pro manu tentans, μωωπάζονται.

12. Propter quod incipiam vos semper commonere de his, & quidem scientes, & confirmatos in præsenti veritate.] *Quomodo potest quis semper incipere commonere? Ergo ad græcam veritatem recurrendū est, εἰς αὐλόν, id est, non omittam. Nec legendū est, Et quidem, sed Etsi, sive Quanquam, καίπερ.*

15. Dabo

15. Dabo autem operam.] *Γερεδάσως, me-*
lius hic quam superius, Quapropter fratres,
magis fatigite, Γερεδάσωτε: & posterius, Sata-
gite immaculati, Γερεδάσωτε. Et frequen-
 ter habere vos pot obitum meum, ut ho-
 rum memoriam faciatis.

v. 10.
v. 14.

16. Non enim indoctas fabulas sequi-
 ti.] *Gracè non est* Frequenter, *sed Semper,*
ἐνάσοτα: nec Indoctas, sed doctas fabulas, σε-
μοποιούντος, quasi astutas & sophisticas. Sed
 speculatores facti illius magnitudinis.] *Ne-*
que à Speculum, neque à Specula dicitur hoc
nomen. Ideoque non minus aptè transferatur
Inspectores, sive contemplatores, ἐνόμαι.
 Illius autem, ad Christum refertur: *est enim*
generis masculini, ἀνέψιος.

17. Hic est filius meus dilectus, in quo
 mihi complacuit.] *Gracè est, in quo ego com-*
placui, sive bene placui, sive bene volui. Nam
ab hoc dicta est διδονία. *Casus quoque accusati-*
vi est illud relativum, quod nescio an nunc be-
ne possit transferri in quem, εἰς ὃ ἔγει τιθό-
νονται.

C A P. II.



10 **S**ectas nō metuunt introducere.] *Grac-*
è non legitur introducere: nec Metu-
unt, sed tremunt, πέψοντες. Nec sectas hic idem
vocabulum quod pauloantè, ubi dicitur, Qui
intro-

Cap. II. LAUR. VALLÆ COLLAT.
introducunt sectas perditionis. Nam illic
dicitur hærefes, ἀισθετις: hic autem opinio-
nes, δόξας.

11. Execrabile judicium.] Græca vox
est Blasphemum, quam nunc interpreta trans-
fert Execrabile, βλάσφημον.

12. Hi verò velut irrationalibia pecora
naturaliter in captionem.] Αἴογαζωα Eadem
Græca vocabula aliter transferuntur in episto-
la Iuda, animalia, quam hic pecora, ζῶα In-
differenter tamen utrobique transferri potest,
vel irrationalibia, vel muta, ἄλογα. Illud au-
tem naturaliter in captionem, Græce est,
Naturalia genita in captionem, φυσικὰ γεγ-
ομένα τις αἰλωτοί.

13. Voluptatem existimantes diei deli-
cias coinquinationis & maculæ, deliciis af-
fluentes, in conviviis suis luxuriantes vo-
biscum.] Græce est, In die delicias, inqui-
nati & maculosi, deliciis affluentes, sive de-
liciis operam dantes, sive deliciosi in erro-
ribus suis convivantes vobiscum, Ήντει π-
μέρα σευφίως Κωῖλοι, ή μέμοι, ἐντευφώντες ἐν
Φατίταις εὔποιοι, συνδεωχέμενοι ύμιν.

15. Sequuti viam Balaam ex Bosor.]
Græce est Filium Bosor, τὸ Βοσόρη.

18. Eos qui paululum effugient.] Cre-
do interpretarem transtulisse Planè, non Paulu-
lum, quod est vel indubie, vel omnino, vel
utique, ὅρτος.

20. Fa-

IN EPIST. PETRI II. 201

20. Facta sunt eis posteriora deteriora
prioribus.] Gracè est, Facta sunt eis ultima
deteriora primis, Τὰ ἔχαται χείρονα τὸ πρώτων.

C A P. III,

18. ET nunc, & in diem æternitatis.]
E Non peius in die, eis est casus accusati-
tivus græcè. Æternitatis propriè dicitur græ-
cè Seculi, εἰς οὐδὲ γάλλων.

LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM PETRI
SECUNDAM
FINIS.

Ce

LAURÆ





L A U R . V A L L A E
C O L L A T I O N E S
I N E P I S T O L A M
J O A N N I S
P R I M A M .

C A P . I .

I. Q uod fuit ab initio.] *Cur non*
Quod erat, lumen, sicut in euangelio, In principio erat verbum,
lumen?
Ioan. i. 1.

C A P . II .

4. Q ui dicit se nosse Deum.] *Aliquis*
confidens hunc emendavit locum, pro
Eum scribens Deum. Nam grācē ita est: Qui
dicit, Novi eum, ἔγνω τὸν θεόν.

14. Scribo vobis infantes, quia cognovi-
stis patrē.] *Quis ad infantes scribit? Cur non*
potius, Scribo vobis pueri, aut scribo vobis
filiij, aut filioli, παιδία, quemadmodū paulopost
transferr, Filioli novissima hora est, πατέρια?
v. 18.
16. Et

16. Et superbia vitæ.] *Non minus aptè transferri posset, Facultatum, &c. Nam nunc non ea vita quæ spiritum ducimus, intelligenda est, sed quam postea idem transfert aliter in hac ipsa epistola, Qui habuerit substantiam mundi, &c. 3. 17.*

18. Quia Antichristus venit.] *Præsentis temporis est Venit, &c. 19.*

21. Non scripsi vobis quali ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam.] *Gracè est, Non scripsi vobis, quia nescitis veritatem, sed quia scitis eam, &n; &n; oīdare. Hoc annotavi propter illud Quasi secundo loco male positum.*

27. Unctionem quarti accepistis ab eo, maneat in vobis.] *Unctio dicendam fuit: nam gracè nominativus casus est: et si propter neutralitatem generis est anceps, &c. 20.*

CAP. III.

1. **V**T filij Dei nominemur & simus.] *Non legitur Gracè, Et simus.*

CAP. IV.

3. **E**T omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est: & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit.] *Gracè non est*

CAP. V. L. VAL. COL. IN EPIST. JOAN. I.

est Solvit, sed, Non confitetur, μὴ ὁμολογεῖ. Nec Antichristus, sed Antichristi, videlicet hic spiritus, quod Gracē est neutri generis, ἡ τὸν θ̄ντον χριστόν, hoc est, Et hic est Antichristi spiritus: vel potius, Et hoc est antichristi, id est, proprium antichristi. Qui quod venit audistis, legendum est, non de quo, ὃ ἀκηκόατε, ὅτι ἐρχεται.

4. Vos ex Deo estis, filioli, & viciis eum.] Eos legendum est, αὐτοίς.

20. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?] In utroque legendum est Vedit, εἰδέγεις.

C A P. V.

8. **E**T hi tres unum sunt.] *Gracē est, Et hi tres in unum sunt, εἰς τὸν θ̄ντον.*

16. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis:

17. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem.] *In hoc secundo addenda negatio est, legendumque sic, Et est peccatum non ad mortem. ἡ οὐαπτία εἰς δάκρυα.*

18. Sed generatio Dei conservat eum.] *Gracē est, Sed genitus ex Deo conservat se ipsum, καὶ ὁ γενθεὶς εἰς τὸν θ̄ντον, πηρεῖ τὰυτόν.*

F I N I S.

L A U R.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
 IN EPISTOLAM
 JOANNIS
 SECUNDAM.

C A P. I.

1. **S**ENIOR electæ dominæ.] *Cur non Presbyter electæ dominæ?* Nam hunc Joannem negat Hieronymus esse Euangelistam, sed alium cognomine Presbyterum: presbyter enim, ut sape- **Ioannes presbyter** ritus diximus, dicitur grācē, qui latīnē Senior, ὁ πρεσβύτερος.

9. Omnis qui præcedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet qui permanet.] *Gracē est, Omnis qui prævaricatur, sive omnis prævaricans, πρεγλωττικός, Et utробique manet, Non permanet, sive manens, μένων.*

10. Nec ave ei dixeritis:

11. Qui enim dicit illi ave,] *Non est Cc 3 Gracē*

L. VAL. COL. IN EPIST. JOAN. II.

*Lnc. I. 28.
Act. 23. 26.* Græcē imperativus modus, ut in illo, Ave grata plena : sed infinitivus, ut in illo, Lysias Claudio Festo salutem, χαιρε. Ergo alius transtulisse, Nec salutem ei dixeritis.

12. Spero enim futurum me ad vos.] Non est Græcē Futurum, sed venire, ελθεῖν. Et os ad os loqui.] Ut illud, Spero me futurum ad vos, parum Latinum est: ita & hoc, et si Græcē respondet, Os ad os, dicendum erat, Oread os.

L A U R E N T I I V A L L A E
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM JOANNIS
SECUNDAM
FINIS.

L A U R.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
JOANNIS
TERTIAM.

1. ENIOR Cajo charissimo quem diligo in veritate, charissime.] *Dixi superius de nomine Senior. Charissimus non est græcè superlativi, dicitur, quod transferre interpres solet Dilectus.*

2. Orationem facio prosperè te ingredi & valere, sicut prosperè agit anima tua.] *Ego potius dixisse Opto, quam orationem facio, εὐχέμαι. Et cur non sic dixit prosperè agere interpres, διὸδος, ut dixit Prosperè agit, διὸδον? Aut cur nondixit hoc prosperè ingreditur, sive prosperè iter facit, ut dixit illud Prosperè ingredi, cum idem verbum sit?*

4. Majorem horum non habeo gratiam.] *Græcè est Gaudium, sive lætitiam generis fœminino, ut sciamus genus mutari oportuisse, si translatum est Gaudium, οἰωνή. Etiam His, non Horum, dicendum fuit: quidam tam*

L. VAL. COL. IN EPIST. JOAN, III.
men graci codices habent genitivum singula-
rem, id est, non τέτοι, sed ταῦτα. In quibus si
recte scribitur, legendum est, Majus hoc gau-
dium, sive majorem hac lætitiam.

6. Quos benefaciens deducis dignè
Deo.] *Gracē est*, Quos benefacies præmit-
tens, sive cum præmiseris dignè Deo, οὐδέ
πολὺς φροσέμενος.

9. Scripsissem forsitan ecclesiæ.] *Gracē*
est, Scripsi ecclesiæ, ἔγραψα τὴν ἐκκλησίᾳ.

10. Propter hoc si veniam, commone-
am ejus opera quæ facit.] Commonebo le-
gendum est, sive in memoriam redigam,
νόμοινος.

Et quasi ei non ista sufficientant.] *Gracē est*,
Et his ei non sufficientibus, sive & his non
contentus, οὐ μὴ αργεμένος δὲ τύποις.

L A U R E N T I I V A L L A
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM JOANNIS
III. F N 2 3.

L A U R.



LAUR. VALLAE
COLLATIONES
IN EPISTOLAM
JUDÆ.

3.  E PRECANS supercertarise-
mel traditæ sanctis fidei.]
*Durè translatum. Ego sic
transferrem, Exhortans in-
cubere sive illaborare. Nā
hoc verbū frequenter trans-
fert Laboro, οὐδὲ μόνον ἐπαγγείλεις.*

8. Similiter & hi carnem quidem macu-
lant.] *Gracē est, Et hi somniatores carnem
quidem maculant, ευπνιζόμενοι, Κάρα μέν.*

11. Væ eis, quia in via Cain abierunt.]
*Gracē est, Væ eis quia in via Cain perrexe-
runt, γειτωνοῖς, δηπτῇ ὁδῷ τῷ Καΐν ἐπορθήθησαν.*

12. Hi sunt in epulis suis.] *Gracē est,
In dilectionibus vestris, αὐτοῖς υπήσκεψε. Et se-
cundum quasdam editiones, in deceptionibus
vestris, απάταις υπήσκεψε.*

14. Prophetavit autem de his septimus
Cc 5 ab

L. VAL. COL. IN EPIST. JUDÆ.
ab Adam Enoch.] *Non est de his græcè, sed
per dativum, Et his, ἦ λέγει.*

22. Et hos quidem arguite judicatos,
23. Illos verò salvate , de igne rapien-
tes.] *Ego quidem sic transferrem, Et alios qui-
dem arguite discernendo, alios verò in ti-
more salvate ex igne rapientes, ἦ τοι μὲν εἴγε-
χετι διαπειθόμενοι, τοι δὲ φέρεται Κώζεπος εἰς πυρὸς
εἰσπάζοντες.*

LAURENTII VALLÆ
COLLATIONUM IN EPI-
STOLAM JUDÆ
FINIS.

LAUR.



L A U R . V A L L A E
C O L L A T I O N E S
I N
A P O C A L Y P S I N .

C A P U T I .

1. **A**POCALYPSIS Jesu Christi.] ^{Apocalyp-}
Cum semper hoc vocabulum super-
rius reperiamus translatum, cur
nunc in Graeca voce relinquitur?

Στοκάλυψις. Quam dedit illi Deus , palam facere servis suis quae oportet fieri citid.] *Nescio an interpres scriptum reliquerit Planum facere , ut foret apertior sensus , non Apocalypsim aperiri , sed quae oportet fieri citid.*
Nam sapientia dicitur , Planum facio , quam planum facio , & græcè uno verbo dicitur Ostendere , δεῖξαι .

2. Qui testimonium perhibuit verbo Dei
& testimonium Jesu Christi, in iis quæcunque

Planum facio.

Cap. I. LAUR, VALLÆ COLLAT.
que vidit.] *Quô refertur illud, Testimonium Jesu Christi? Gracè ejusdem casus est cun-
jus verbo, Τὸν λόγον τὸ δέ, ὃ τὸν μαρτυρεῖ. Quare ego dixisse uno verbo, sicuti est gracè, Qui testatus est verbum Dei, & testimonium Jesu Christi, εμαρτύρησεν.* Sed neque legitur gracè, in iis, sed tantum Quæcunque vidit, & item quæ in nostris codicibus defunt, ἢ ἡ Λι-
γαδή, ἢ ἡ Χεὶ γεράση μὲ ταῦτα, id est, Et quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.

3. Beatus qui legit, & qui audit verba prophetiæ hujus, & servat quæ in ea scripta sunt.] *Non legitur gracè Hujus, estque generalis sententia de omni prophetia. Cetera me-
lius leguntur in iis codicibus, in quibus ita le-
gitur: Beatus qui legit, & qui audiunt ver-
ba prophetiæ, & servant quæ in ea scripta
sunt, ἢ ὁ ἀνούστης Ιωάννος λόγος Τῆς φροφῆτες, ἢ
τηροῦτες.*

4. Gratia vobis ab eo qui est, & qui era-
rat, & qui venturus est, & à septem spiriti-
bus qui in conspectu throni ejus sunt.] *Ne-
scio an aliquid mystery sit in hoc quod Gracè
dicitur, Ab is qui est, & ab is qui erat, & ab
is qui venturus est: sive (ut ad verbum trans-
feram) ab ens, & ab is qui erat, & qui ven-
turus: quamquam Gracè propter articulos con-
cinnius dicitur, Σπίροντα, ὃ λόγος, ὃ ἐρχόμενος.
An voluit Joannes in Deo significare immuta-
bilem proprietatem quod non facit, quum no-
minat*

minat septem spiritus, οἵ τε ἐπὶ τῷ μηδέποτε.
Illud autem, quod Qui venturus est transfertur, praesentis est potius participium, quam futuri. Sed quoniam interpres non transtulit nunc nomen Gracum Throni per Sedis, ut ceteris in locis faciat?

7. Etiam amen.] Non est nunc Etiam conjunctio conjunctiva, sed de qua superius disserui, quae in usu fuit veteribus ipso graco sono, Næ, rai.

16. Et facies ejus sicut sol apparet.] Gracè est, Et aspectus ejus, οὐδὲν.

C A P. II

5. Sin autem, venio tibi, & movebo can-delabrum tuum de loco suo.] In solitum est dicere Sin autem, pro Si non, sive Sin minus, sive Alioqui, ut etiam gracè est, εἰ δὲ μή. Nec Venio tibi, legendum est, sed, Venio tibi citò, ἐρχομαι σοι ταχύ. Quod nunc transfert Sin autem, paulopost transfert Si quo minus, negativè quidem significationem, sed barbari soni, inquiens: Similiter pœnitentiam age: si quo minus, veniam tibi cito. εἰ δὲ μή.

v. 16.

14. Quoniam habes illic tenentes doctrinam Balaam.] Barbarè dicitur Illic ad secundam personam pro Iстic, et si Graci non habent per tres personas distincta pronomina, et ab his derivata adverbia, hic, iste, ille, hic, i stic,

Illic.

istic, illic, & similia. Ex hoc & similibus locis consuetudo nata est barbarè loqisendi, illic, illac, illuc, pro istic, istac, istuc. Nec græcè minus in pronomine ipso peccatur, illi pro isti ponendo: in quo peccantes longum est enumerare, quorum est Bernardus. Qui docebat Ballac edere & fornicari.] Melius in iis codicibus, in quibus legitur, Edere ex victimis idolorum, sive idolothyta, & fornicari, eidem ultra.

C A P. III,

7. **Q**ui habet clavem David, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.] Græcè est in futuro, Et nemo claudet, & nemo aperiet. Præterea sic legitur græcè: Qui aperit, & nemo claudet eam, nisi qui aperit, κλείστε αὐτῶν, εἰ μὲν ὁ ἀρούρας, καὶ οὐδέ τις ἀποζει.

15. Utinam calidus aut frigidus essem:

16. Sed quia tepidus es, neque calidus neque frigidus, incipiam te evomere ex ore meo.] Græcè potius est Fervidus quam Calidus, ζεσός. Nec legendum est Sed, verum Sic, εἴτε. Nec Græcè est Incipiam evomere, sed Evomam, sive evomiturus sum, μέλλω σε εἰπών.

18. Suadeo igitur tibi emere à me aurum ignitum probatum, ut locuples fias, & vesti-

vestimentis albis induaris.] *Gracè est, Probatum ex igni, πυρωμένον εν πυρός.* Et vestimenta alba ut induaris, *καὶ ιμάτια λεπτὰ ἵβεισθαντα.*

19. Ego quos amo, corrigo & arguo.] *Alij codices habent Arguo & castigo : gracè est, Arguo & erudio, ἐλέγχω καὶ παιδεύω.*

C A P. IV.

8. **D**icitur, Sanctus, sanctus, sanctus.]

Quid causa est, cur cum Graci codices omnes habent novies Sanctus, Latini habeant omnino ter, & mysterium illud ter trium, qui est numerus ordinum angelorum, perdant?

Angelicorum ordinum numerus.

11. Et propter voluntatem tuam erant, & creati sunt.] *Gracè non legitur Erant, sed sunt, τοι: de Deo enim dicitur, quòd erat, non de rebus creatis.*

C A P. V.

10. **E**t fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.] *Gracè est, Fecisti ipsis, αὐτοῖς, hoc est, non solum nos XXVIII. sed etiam alios. Nec legitur Regnabimus, sed regnabunt, βασιλεῖς: si conueniat cum illo Sacerdotes.*

11. Et erat numerus eorum millia milium.]

Cap. vi. LAUR. VALLÆ COLLAT.
& vii. lium.] Non potuit lingua Latina implere gra-
oam veritatem, in qua numerus immensus si-
gnificatur: dicitur enim Myriades myria-
dum, & Chiliades chiliadum. μειάδες μει-
άδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων. Est autem Myrias è
Myrias.
Chiliadas. decem millibus, Chilias è mille.

12. Dignus est agnus qui occisus est, ac-
cipere virtutem, & divinitatem, & sapien-
tiam.] Non legitur græcè Divinitatem, sed
divitias, πλεῖστον.

C A P. VI.

1. **E**T audivi unum de quatuor animali-
bus dicentem, tanquam vocem toni-
trui.] Voce legendum est, φωνὴ, sive tanquam
vox subaudisset. Dicentem autem pro Dicens,
interpres ideo lapsus est ut diceret, quia Graca
vox genus non distinguit, est enim casus geni-
tivi, λέγοντος. Recte igitur mox,

3. Audivi secundum animal, dicens: quod
etiam græcè genitivi casus est, λέγοντος.

C A P. VII.

5. **E**X tribu Juda duodecim millia signa-
ti. Ex tribu Ruben duodecim millia
signati.] Non legitur Græcè sicut apud nos, in
singulis tribubus signati, sed tantum in prima
& ultima. Hoc autem vocabulum venit à si-
gillo,

gillo, sic enim transfert interpres Κρεγγίδα, ut
sciamus etiam posse transferri Sigillati, si hoc
vocabulum in usu esset, ἐσφρεγγισμένοι.

C A P. VIII.

13. **D**icentis voce magna, Væ, væ, væ.]
Deest Ter, τεῖς; ut sit, Dicentis voce
magna ter, ne putaros dixisse sè penumero Væ.
Qui erant tuba canituri.] Ratio postulat nō
dicatur Canturi.

C A P. IX.

9. **E**T habebant lorias sicut lorias fer-
reas.] Græcè est Thoraces, θώραξ.

11. Cui nomen Hebraicè Abdon, Græ-
cè autem Apollyon, Latinè habens nomen
Exterminans.] Non legitur hoc græcè, Latini-
nè habens nomen exterminans, sed ab aliquo
adjectum, quanquam insulse, cum Joannes non
respiciat ad linguam Latinam, contentus à
græcis intelligi, quorum lingua utebatur. Præ-
terea græcè est: In Græca autem nomen ha-
bet Apollyon, ἀπὸ τῆς ἐκλυτῆς ὄντος ἔχει Στράτων. Hoc etiam nomen est illi Latinè, non au-
tem exterminans. Nam Græca voce nos uti-
mur: quamvis interpretari possimus Extermi-
nans, tamen aliud est Latinè sic nominari, ali-
ud sic interpretari.

Dd

16. Et

LAUR. VALLÆ COLLAT.

16. Et numerus equestris exercitus ejus
vicies millies dena millia.] Major hic quâm
a 5. 11. superius videtur significari numerus : at mibi
videtur major significari in loco superiori, nam
in hoc Gracè tantum dicitur Myriades my-
riadum, ut aptius potuerit nunc transfigurari,
Millia millium, quâm superius, & quâm
per certum numerum, Vicies millies dena
millia.

C A P. X.

1. E T pedes ejus tanquam columnæ.] Co-
lumnæ pluraliter legendum est, súlo.
3. Quemadmodum leo cùm rugit.] Gra-
cè est Mugit, μυκᾶτι.

C A P. XI.

17. G Ratias agimus tibi Domine Deus
Omnipotens, qui es, & qui eras, &
qui accepisti virtutem.] Gracè est, Qui es,
qui eras, & qui venturus es, quia recepisti
virtutem, καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ πεῖληφος.

C A P. XII.

18. E T stetit super harenam maris.] Steti
legendum est, ἐσάδω.

C A P.

C A P. XIII.

9. **S**i quis habet aurem, audiat: Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadit:

10. Qui in gladio occiderit, oportet eum in gladio occidi.] *Gracè est iter, Si quis, Neque legitur,* In captivitatem duxerit, sed si quis captivitatem habet, vadit, *εἰς ἔχαιραν μηδωλαῖς, οὐδὲ γένεσι.*

C A P. XIV.

13. **B**eatū mortui qui in Domino moriuntur. Amodo jam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos.] *Graci sic hunc locum distinguunt, ut Amodo sit finis sententiae, non principium: tamen si Graca vox non magis significat Amodo quam Jam, atque, ut supervacuum sit utrumque ponere. Sed mihi libet suspicari ab interprete fuisse translatum.* Etiam pro affirmativa, de qua aliquoties dixi: *nam Gracè est,* Dicit etiam spiritus, *λέγεται τὸ τεῦμα, quemadmodum paulopost:* Et audivi alterum angelum dicentem, Etiam Domine omnipotens, vera & justa judicia tua, *vai nūcēs.* *Illud autem ultimum Latinus diceretur:* Opera enim sua

D d 2 sequun-

c. 16. 7.

LAUR. VALLÆ COLLAT.
sequuntur illos, *sive*, ut Gracè est, se
quuntur cum eis, *μετ' ἀνθρ.*

C A P. xv.

4. **Q**uia tu solus pius es.] Gracè non est
Pius, *sed sanctus, ἀγαθός.*
6. Vestiti lapide mundo candido.] Ferè
codices graci habent, Lino mundo. *Est autem*
similis scripturae non nihil Lapis & Linum
gracè, λίθος, λίνος. Ego potius dixissim Ful-
gido quam Candido, *λαμπτέως.*

C A P. xvi.

5. **I**ustus es Domine, qui es, & qui eras
sanctus, quia hæc judicasti.] Gracè
est, *ut superius admonhi,* Erat non eras, qua-
si dicatur: Tu Domine, is qui est, & qui
erat, qui sanctus: neque enim Gracè Sanctus
refertur ad Erat. *οὐσία, οὐδὲ λόγος ἀγαθός.*

C A P. xx.

7. **S**olvetur Satanás de carcere suo,
8. Et exibit, & seducet omnes
gentes quæ sunt super quatuor angulos ter-
ræ Gog & Magog, & congregabit eos in
prælium.] Non est Gracè, Et congrega-
bit, *sed Ad congregandum, sive, ut gratif-
sem,*

sem, congregare, συγκατεῖν. Sed illud eos quō refertur? an ad angulos? id vero absurdum sit. An ad gentes? at cur non dixit Ezechias? Ne multis, sciamus Gog & Magog esse generis masculini, ut dicimus Assur, Amalec, Madian genere masculino, pro gentibus quae ab his viris originem ducunt, que his nominibus vocabantur. Sed Graeca lingua planè cuius generis sit indicat, τὸ Γογ, καὶ τὸ Μαγόγ.

C A P. XXI.

6. **E**T dixit mihi, factum est. Ego sum alpha & o.] *Græcè est;* Factus sum alpha & o, sive fui alpha & o: ἦπε μοι, γέρων τὸ αὐτὸν.

11. Tanquam Jaspidis lapidis sicut crystallum.] *Græcè est,* Tanquam lapidi Jaspidi crystallizanti, οἷς λίθῳ λάσιδι κρυσταλλίζεται.

C A P. XXII.

13. **E**go sum alpha & o.] *Græcè sine verbo legitur,* Ego a & o, οὐ πάτε, οὐ τὸ α.

14. Beati qui lavant stolas suas.] *Græcè est,* Qui faciunt mandata ejus. *Puto erratum ab interprete, quia non nihil similis scripture hic & illic est græcè, in verbo Layantes*

L. VAL. COL. IN APOCALYPSIN.

¶ Facientes : sic enim legitur Gracè Facientes, ποιῶντες: sic Lavantes, πλαύωντες. Et istolas Latinè non nihil in sono congruit, cum Præcepta Gracè, εργάσεις. Et Suas, & Ejus, ferè eodem modo scribitur, ἀντεῖ.

20. Etiam venio citò. Amen, veni Domine Jesu.] Gracè non solum ante verbum Venio, est etiam, sed & ante verbum Veni: ναὶ ἐρχόμαι ταχύ. αὐτῶ, ναὶ ἐρχού κύειε Πνοή.

L A U R E N T I I V A L L A E
COLLATIONUM IN A-
P O C A L Y P S I N
F I N I S.

IN



I N
L A V R. V A L L A E
V. CL. De Collatione Novi
T E S T A M E N T I libros
N O T A E

J A C O B I R E V I I .

DEVITER mihi reddenda est ratio mutati tituli, id est, quare, rejecto *Annotationum* nomine, libros *De collatione Novi Testamenti* inscripserim. Causa est unica, sed *biased*, quia videlicet hæc, non illa inscriptio est ab operis auctore. quod ex ipso planum faciam. Is ergo In Pogium Antidotum lib. i. ita loquitur : *At, inquier, Hieronymus utrumque Testamentum postea translit. Utinam quidem utrumq; syncerum haberemus! et si non cum omnes ecclesia receperunt. Sed cur in multis cum non frequentamus, veluti in Psalmis secundum Hebraicā veritatem? quan-*

D d 4

quans

JACOBI REVII NOTÆ

quam Novum ipse non transtulit, sed aliquoties repurgavit, non tam in verbis quam in sententiis; quod rursus, ut opinor, si revivisceret, in quibusdam depravatum vitiatumque corrigeret, quemadmodum in opere meo DE COLLATIONE NOVI TESTAMENTI, quod tu opus in invidiā vocas, ostendo Ejusdē Antidotib. 4. De Hieronymo reprehensō & in superiori Antidoto satisfact, & posterius, cum libros DE COLLATIONE NOVI TESTAMENTI non hereticos, ut aīs, sed pios esse demonstrabo, satisfaciam. Eodem lib. multis interjectis: Post certas inter nos (de se & Ant. Panormita loquitur) similitates, ego DE NOVI TESTAMENTI COLLATIONE composui, ut ipse illud opus à me ostensum sibi non queat dicere. Sed & rationem nominis eodem libro ipse aperit, quod videlicet in eo opere Contulerit rivum latinum cum graco fonte Novi Testamenti. Et expressius in Matth. c. 27. v. 22. ubi: Tres, inquit, codices latinos & totidem gracos habeo cum hac compono, & non nunquam alios codices consulō. Non puto ergo quenquam ita pervicacem fore ut de alio opere eum agere existimet quam quod præ manibus habemus. Res ipsa loquitur. Itaq; in re clara non ero prolixior. Sed de numero librorum dispiciendum est. Non fuisse librum unicum, (qualem ex eo fecit qui primus edidit, aut certè qui ante eum transcripsit)

scripsit) ipse docet in eundem Pogium lib.
 1. *Qua de re, inquiens, feci mentionem, non
 in opusculo, ut tu ais, sed in pluribus libris De
 COLLATIONE Novi TESTAMENTI.* Cū
 plures libros nominat, uno plures vult dicere.
 Quot autem fuerint perspicuum facit, *In
 Barpt. Facium Recriminationum lib. 4.* ubi
 ei, græcarum sibi literarum inscitiam obji-
 cienti, respondet: *Nam neque ignoro græcas
 literas, neque illarum tam parum peritus sum;
 quod probant, cum alia translationes meæ, tum
 Duo libri De COLLATIONE Novi TE-
 STAMENTI.* Hanc ob causam in duos & i-
 pse libros opus denuo diremi, priori quatu-
 or Euangelistas, posteriori reliqua Novi
 Testamenti scripta attribuens, ut *omniumq[ue]a*
 esset inter partes. Judicium meum èatenus
 cum aliter non possem, sequi coactus, cui æ-
 quos lectores non difficulter subscripturos
 merito, ni fallor, mihi persuadeo. Nunc ad
 alia progrediendum. Non edidit hoc opus
 ipse Laurentius, licet cum viris literatis ac
 præstantibus haud gravate communicarit.
 Vides hoc *1 v* Antidotij lib. ubi dicente Po-
 gio: *Sed edidisti librum, vel libros potius, o-
 stentator insane, existimans te laudem ex tanti
 viri (Hieronymi) detractione consecuturum,
 sed cum videres tibi ignis periculum imminere,
 occultasti librum.* Et multo post: *Tu Hierony-
 num non reprehendis, qui librum composuisti,*

JACOBI REVII NOTE

ac etiam multis ostendisti, de erroribus in trascendo suis? Edes unquam omnibus libellum? cur domi occultum tenes? an ignem metuis? profer oro libros. Respondet Laurentius: O preclarum religionis patronum P. Clodium! Si prodidi libros, quomodo occultare possum? nescit vox missa reverti. Et semel emissum volat irrevocabile verbum. ut inquit Horatius. Quare ab iis qui habent. Si non edidi, cur audes ut editos reprehendere? Sed tu quod edidestim, & quod occulisti, utrumque mentiris. Nam per occupationes meas, praesertim cum alia ederem, non edidi, nec unum mensum penes me fuerunt libri illi jam octo annis ex quo composui, & apud Marcellum sunt, caput ferreum. &c. Hæc ille. Verum quomodo hoc opus ab eis qui viderunt acceptum sit, quidve de eo judicarint operæ precium erit cognoscere. Et doctissimis quidem ea tempestate viris, quorum oculi livoris veneno non erant suffusi, per placuisse certum est, cum & Papam (Nicolaus v. is tum erat) & eruditos Cardinales habuerit approbatores. cui rei probandæ eo quem modo citavi libro affecta verba Nicolai Card. S. Petri doctissimi & græcarum literarum peritissimi viri ex ipsius ad fæse chirographo. quæ quia brevia sunt adjeci, sunt autem hæc: Doctissime vir, sanctissimus Dominus noster remisit mihi hunc librum vestrum, cujus, si foret possibile, optarem

rem copiam, quoniam multum mibi placet, &
utilis est pro intellectu sacra scriptura. Vester
Nicolaus Card. S. Petri. Adjicit & alteram
eiusdem epistolam, qua propensum Pontificis
favorem ei significat, & ea recitata, Vi-
des, ait, *impiissime Clodi, non damnari opus*
meum neque à summo Pontifice, neque à Car-
dinalibus, sed laudari, sed exposci, sed utile esse
sacra scriptura intelligenda dici? Nam *Cardi-*
nalis Nicenus, vir de me opime meritus, & qui
*ut *Romans* venirem mibi auctor exigit, habet*
in opere meo partem; quippe qui illud cuius su-
pra feci mentionem. : Sic eum volo manere,
quid ad te? quod ego non animadverteram,
ut adderem admonuit, *Nam illud: Adducunt*
eum ad Caiapham in prætorium, non mea ani-
madversio est, sed aliorum multorum, quorum
unus fuit Cyriacus Anconitanus. *Is Cyriacus*
in Lombardia reperit quatuor exemplaria e-
mendata scripta sic: Adducunt eum à Caia-
pha in prætorium. &, quod ego præ verecun-
dia nolui facere, *Augustinum* notat qui hoc i-
gnoraverit, laboret que enodare ubi nullus est
nodus. *Amicissimus* meus ac doctissimus Joa-
nnes Tiburtius reperit apud S. Chrysogonum, ubi
cum magno Theologo habitat Cardinali Iler-
densi, venerandum codicem euangeliorum, in
eodem loco emendatè scriptum. quem locum
fertur Eugenius IV. emendare destinasse. Hac
& ejusmodi sunt quia in opere meo continentur,
quod

JACOB REVII NOTÆ

quod tu hæreticum appellas &c. Animadver-
tit lector viros præstantes græcos & Italos,
atque ipsam adeo Romanam curiam eo tē-
pore editionis vulgate emendationi, & Lau-
rentii hac in parte diligentia favere fuisse
visam. Sed haud longo post tempore acer-
bissimos hujus sui instituti adversarios ex-
pertus est, Pogium imprimis Florentinum
pontificiis scriniis præfectum, hominem
cum vita flagitiosa, tum impurissimo Con-
fabulationum edito libro nobilitatum, qui,
quod fatuam suam latitudinem ab Elegan-
tiarum arbitro Laurentio notatam esse pu-
taret, contumeliosissimas in eum Invectivas
edidit, in quibus nihil sibi opportunius ar-
bitratus est, quam Laurentio hujus operis
nomine vitæ ac fortunarum periculum cre-
are; sed editis Antidotis contra ejus venena
præclarè se munivit Laurentius, in quorum
uno quæ fulmina in Pogij caput vibret, au-
di: *Homo tartaree, Satana frater, Belial fili,*
& ignis aeterni sempiternum pabulum, quam-
din vives Italiæ dedecus, & seculi turpitudo,
atque civitatis sterquilinium; morere quam-
primum, qui non mori, sed vivus videntesque de-
biscente terra dignus es absorberi. Alterum ho-
stem nactus est æmulum suum in aula Nea-
politana Antonium Panormitam, virum Po-
gio moribus & ingenio persimilem, qui, ob
editum multo ante librum Sodomiticum,
Herma-

Hermaphroditii titulo, ægre ignis supplicium evaserat. Hic idem egit quod Pogius, verum clandestinis potius obtrectationibus quam editis libris. Specimen egregium ex Pogianis Invectivis, si placet, accipe: *Recordare, inquit Pogius, quid responderis doctissimo viro Antonio Panormita.* Nam cum ante vestrum dissidium te ad cœnam invitasset, teque post cœnam tanta temeritatis, quod Hieronymum reprehenderes, damnaret, tu quid dixisti, perfide fidei deceptor? te tibi, ut verbis tuis utar, etiam adversus Christum spicula reservasse. &c. Ad quæ respondet inter alia Laurentius: *Cur ego reservarem tela, sive, ut in impropriè loqueris, spicula, quod tuum, non meum est verbum, adversus Christum, in cuius honorem, ô te omni diabolo tetriorem! componebatur hoc opus?* & post nonnulla: *Et tamen testem citas, si modo verum est, unum, & eundem plusquam pessimum, & penè tibi parrem Ant. Panormitam, nunquam sine prefatione nominandum, qui penè bis sub Eugenio & Bernardino per imaginem chartaceam concrematus est.* *Quis hoc tibi detulit?* scelèstissimus Panormita. *Quis testis meo convicio affuit?* scelèstissimus Panormita. *Quis Christè blasphemati vicem doluit?* scelèstissimus Panormita. *O Podi acute,* quomodo potest de opere græco judicare homo à gracie literis remotissimus? quem si ejus lingua probes nosse Alphabetum,

JACOBI REVII NOTÆ

betum, omnem tibi remitto qua me affecisti injuriam. Hæc fere sunt quæ de hoc opere in scriptis Laurentianis , sed fusius explicata, invenire est. Quod cum vivus is, ut notatum ante, non publicasset , una cum auctore suo jam interierat , nisi vir incomparabilis Erasmus Roterodamus Anno 1504. in pervertita quadam bibliotheca exemplar ejus reperisset, quod Christophoro Fischero protonotario Apostolico ac Pontificij juris D. communicatum, cum ei summopere probaretur, isque non modo editionem flagitaret, sed & se patronum libri propugnatoremq; offerret, Erasmus anno sequenti edidit, ac eidem cum luculenta præfatione dedicavit. Quid multa ? Evasit etiam ad tempus virginalem censoriam Patrum Tridentinorum ac Pij. 1 v. qui cum de Patrum istorum sententia Indicem librorum prohibitorum editisset , & auctoris nostri aliquot opuscula in eum conjectisset, puta, *De falsa donatione Constantini* , *de libero arbitrio* , *de voluptate*, ab hoc tamen opere manus abstinuit. At eum secutus Sixtus v. id una cum libro *De Personâ contra Boëthium* , superioribus adjectit, nisi, inquit, corrigantur. Atque hæc fuit varia hujus operis , qua vivo auctore , qua mortuo, fortuna, quam & in eo minus æquā habuit , quod prodiit quidem tandem aliquando, at mutato titulo, ac sublata librorum

rum distinctione, & in multis mendo sum ac perturbatum. Et quatuor quidem ejus editiones mihi compertæ, quarum primam, quæ Parisis exisse videtur A°. M.D.V. (illum enim & locum & numerum præfert epistola quam Erasmus ei præfixit in Epistolarum opere l. 3. p. 190.) mihi videre nondum contigit, tribus postremis Basileensibus usus sum. Earum priores duæ, altera anni M.D. XXVI. à Cratandro, altera reliquis operibus Vallæ conjuncta anno M.D.XL. ab Henrico Petro indiligentissimè curatæ sunt, ac ita similes, ut verbum è verbo, mendum è mendo expressum esse facile appareat. Postrema, quæ est anni sequentis M.D.XLI. à Balth. Lazio data, sedulum correctorem habuit, qui menda quidem typographica pleraque sustulit, sed interiori tamen, & in ipsis quasi visceribus hærenti morbo mederi non potuit. Non dicam in multis *πολλας* *περιγραφας* tradi, quod fortasse properanti scriptoris calamo ascriberet quispiam, non dicam integra capitum membra sedibus suis evulsa, ac non suis intrusa, quod nulla ratio suadet ab auctore profectum, illud tantum monebo, vix decimam quamq; vocem græcam suo loco esse positam, sed plerasque omnes perturbato ordine hac illac disjectas legi. Tolerari id posset ubi sensus manet incorruptus, sed quia is & obscuratur sæpe,

&

JACOBI REVII NOTE

& contra mentem auctoris invertitur, & ubique elumbatur, profecto audendum aliquid fuit, quo pleraque suis sedibus restituerentur. Novi quam merito odiosum sit in alieno opere ingeniosum esse velle, at id hic factum nego, cum manifesto hæc confusio sit à peregrina manu, sive Laurentius (id quod ab instituto Collatoris non videtur abhorrire) græca in albo paginarum posuerit, eaq; aliis deinde, *ες ἐν χει* conjecerit in tex-tum, sive alia quæpiam verisimilis ratio ex-cogitari possit. Sed rem uti est me divinasse arbitror. Qui enim titulum ausus fuit mutare, & distinctionem librorum tollere, quid-ni & hoc auderet? quod si cui aliter tamen videtur, verbum non addam, fruatur priori-bus editionibus, *Et Phyllida solus habeo.*

Porro, in duobus, quæ laboris magis quæ ingenii sunt, me gratiam nonnullam à stu-diosis initurum spero: prius est, quod ver-bis scripturæ quæ Laurentius affert, versu-m, quos vocant, numerum apposui. Nō po-tuit hoc Laurentius, cum ejus tempore di-stinctio illa nondum esset. Est enim benefi-cium Roberti Stephani, qui hanc de qua agitur Capitis cujusque catacopen confecit.

Prefat. in
Concordant. græ-
cas.

Inventum autem illud (verba sunt filii Hen-rici) simul in lucem, simul in omnium gratiam venit: simulq; in tantam auctoritatem, ut quasi ex auctorarenur alia Testamenti Novi, sive græca,

græcæ, sive latine, sive gallica, sive germanica, sive in alia vernacula lingua editiones, qua id inveniū secundæ non essent. Nos ejus utilitatem etiam in hoc opere, idque in re maxima & in qua periculose quis hallucinari posset, videbimus ad 1. Jo. 5.

Alterum est, quod quæcunque è sacris citat Laurentius (sunt autem plurima) eorum capita ac versus margini ascripsimus, quod totum & ubique auctor neglexerat. Ut & plerumque omisit ad ea quæ ex aliis aucto-ribus afferebat lectorum notatis locis manuducere. Hinc pulcherrimarum sæpe rerum obscuritas, cum integros auctores unius vocatione causæ evolvere molestum sit. Quædam ergo & ejusmodi adjeci, sed non omnia, neque sane potui. Præter hæc etiam quæ contextus sacri sunt, aut ex eo petita, à Laurentianæ orationis filo, characteris genere distinxi, quod in hoc conciso scribendi genere ut summe necessarium, ita minime observatum erat. Nunc quæ mihi in hisce libris visa sunt animadversione digna paucis perstringam.

IN MATTHEI C. I.

v. 16. *Nam Hebraicè scripsit Matthæus.]*
Controversia hoc non caret. v. Casaub. ad-
versus Baron. Exerc. 15. c. 12, & 16. c. 115.

Ee confer

JACOB T. REVII NOTÆ

confer quæ R. D. Gomarus super ea re disseruit peculiari libello, & N. Vedel. ad Ignatium Exerc. 4. c. 2.

Utitur genitivo greco.] Erasmus in ora libri posuerat: *utatur.* Sed idem loquendi modus est apud Vallam in Matth. 25. circa finem, Marc. 12. 15. & alibi. Itaque nihil muto.

Illarum enim nomen in a semper exit.] Hoc falsi convincit locus Rom. 16. 6. *ἀσπάσατε μαρίαν, οἵτις πολλὰ ἐποιεῖσθαι εἰς ἡμᾶς.* contra, mater Domini & *μαρία* & *μαρία* indifferenter appellatur, idem enim apud Hebræos nomen est. ut & *μαρίαμην* apud Josephum.

Quod de Maria Magdalena dicitur: Maria optimam partem.] Fuit hæc soror Marthæ è Bethania, Jo. 11. 1. non Magdalene è Galilææ vico Magdala, de qua Matth. 15. v. ult.

Æneas, quod Homerus producit.] Ænam ubi Thucydides nominet locus non occurrit. nisi auctor in animo habuerit Ænem ephorum Spartanorum, de quo l. 2. cuius & meminit Xenophon l. 2. *Ἄλλην Αἴγανον.* De Xenophonte quod ait verum est, eum *αιγανός* scribere secunda brevi, cum de Ænea Stymphalio Arcadum imperatore loquitur *ἄγας.* l. 4. & *ἄγαρ.* l. 7. at in Cyneget. ubi de Anchisæ filio agit eum *αιγανός* vocat ut & Homerus.

*Cœnomia] pro κωδόμῳ vel, ut alij scribunt,
κοινόμῳ. Exod. 8. 21. &c.*

*De Hebreis nihil dicere habeo.] Itaq; nau-
ci non sunt quæ hic de accentu Hebræorum
inclusum, quorum ratio ex ejus lingua gram-
maticis petenda est.*

*Hoc ipso teste interprete.] Scriptum erat:
Hoc est ipso teste interp. delevi est.*

*Cum enim sit cum conatu & labore parere,
quod in matrem Domini non cadit] Ex erro-
re Pontificiorum & Marcionitarum hoc est.
quem refutatum v. Tertull. l. de carne Chri-
sti, & adv. Marcionem l. 4. Epiph. hæres.
77. & 78.*

v. 18. *Nam sic legitur Graece: Cum enim
desponsata esset mater ejus Maria.] Deerat
Maria, quod ex textu, & auctoris mente
addidi.*

*Propter timorem tuum Domine.] Hæc in
vulgata aliter habentur, sic: A facie tua Do-
mine concepimus, & quasi parturivimus.*

*Non sequi ut postea convenerint] Hoc to-
tum ab ultima editione aberat, quod è pri-
oribus reposui.*

v. 22. *Quod dictum est à Domino.] Hæc
ita ut distinxii haud dubiè scripsit auctor, li-
cet in omnibus exemplaribus confusè le-
gantur.*

JACOBI REVII NOTÆ

C. II.

Quæ in hoc capite citat ex Xenophonte,
sunt paedias l. 7. & 8. quæ ex Platone, in
Alcibiade majore. quæ ex Herodoto, l. 1. &
3. quæ ex Plauto, prologo Aululariæ.

v. 2. Καμίλος] transpositum erat.

v. 11. Et intrantes domum] Hæc erant
confusa.

Προσέκειται] scriptum erat προσέκειται.

Et apertis thesauris suis] Totus ille locus
una cum annotatis inverso ordine præposi-
tus erat loco: Et procidentes. Vox Thesaurus
in margine etiam erat trajecta.

C. IV.

10. ἀποδομημένη] transpositum erat.

Servire principi] Ita LXX. ubi rectè scho-
lia fest. τὸν ἔργον, μολὼν ἔχει, καὶ δι λοιποὶ ὃ
ἴγιαν δι τὰν τεθέντα. inter eos est & inter-
pres Latinus.

Mendica; aures.] Totum istud assumen-
tum abest à textu Jobi Hebraïco.

24. ἀκοή] Bis inculcatum erat. alterum
delevi.

25. De sub pede] Florus tamen non ine-
ptus auctor, dixit: De sub Alpibus, &c., De
sub iugis Italia sancibis, l. 2. c. 3.

C. V.

C. V.

6. *Justitiā.*] Quid hoc monstri est, *esurire justitiā?* hoc nec cum græco textu, nec cum sequenti glossemate, nec cum sana ratione satis convenit.

Et justitia tua exultabūt.] Imo posteriore psalmo malè ablatus ponitur pro accusativo, & utrobique perperam *exultare*, pro *canere*.

Eis ἀδλιν.] Non ponitur accusativus pro dativo, sed *eis* pro *ēi*. quam præpositionem necessario sequitur accusativus. Sed sensus fortasse idem est. Usitatus autem est hic archaïsmus apud sacros scriptores. Psal. 16. 10. ἐκέγκατθείψες τὸ ψυχήν μου εἰς ἀδλιν. Marc. 1. 9. ἐβαπτίζονται εἰς τὸ ιορδάνων. 2. 1. ὅπερεὶς ἀπόντων ἔστι. 13. 16. ὁ εἰς τὸ αὐγρόν ὠν. Luc. 11. 7. εἰς τὸ κοίτην ἔστοιν. Joh. 1. 8. ὁ ὡν εἰς τὸν κόλπον τὸ πατός. 20. 19. ἐστοι εἰς τὸ μέσον. Act. 8. 40. διέβατο εἰς ἀρχῶν. 19. 22. ἐπέχει χρόνον εἰς τὸ ἄστοιν. 2. Cor. 11. 3. οὐ διπλότητος τοῦ εἰς χριστὸν. Eph. 5. 32. ἐγὼ τὸ λέγω εἰς χριστὸν &c. 2. Thess. 2. 4. εἰς τὸν τὸ Θεοῦ ὡν Θεὸν καθίστων &c. etiam apud alios auctores. Basil. Hexaëm. serm. 6. Τοὺς καθεξομένους εἰς τὸ σάτιον. Epiph. Hær. 66. εἰς τὰς χεῖρας ἀπὸ θυσίας τὸ μηρύκιον. Etiam Latinos: Tertul. adv. Judæos, *Illic celebrantur sacrificia & holocausta tam pro peccatis*

Ee 3.

quam

JACOBI REVII NOTE

quam pro animabous, & nusquam alibi quam
in terram sanctam. Idem adv. Marcionem l.
5. Inoperatus est in Christum, dixit, pro ἐπε-
ρνόσει τῷ Χειρῷ. Sic Varro de re rust. l. 3.c.
17. Piscinas ejus despiciebat, quod in residem-
quam, & locis pestilentibus habitarent pisces
ejus. Maximus Scaliger in illud Catulli:
Non ita me D. ament. Frequens hoc esse ait
apud Cicer. & Jctos. Ulpianus: *In puber-
tatem mortuum fuerit.*

13. Μωροθή.] loco suo motum erat.

23. Disputavi alibi latius.] Dialectica-
rum disputationum l. 2. c. 5.

28. Transferre debuerit uxorem.] Sed ita
adjectum oportuit πός vel ἀδόγεος, ut recte
observatum Bezæ quem vide.

41. Μίλτον.] trajectum erat.

C. VI.

2. Αὐτέχυσ.] Et hoc sede motum.

11. Εὔμανον.] Et hoc.

Simus unum vocabulum mutuati ex Luca,
quotidianum.] Non ex textu Lucæ Græco,
nam & ibi est ἔπουμον, sed è versione Latini.
Ita etiam accipe quod divinus Scaliger
dicit ep 444. veterem interpretem ἔπουμον
vertisse quotidianum.. apud Lucam videli-
cet, non apud Matthæum. v. ep. illam.
Casaub. item Exerc. 16. c. 39. & dulce de-
cuss

cus literarum Heinsium Exerc. sacr. c. 16.
circa finem.

26. Διαφέρεται] Διαφέρεται vulgatum erat.
30. Ολιγόποιοι.] ολιγόποιοι erat scriptum,
& versus 30. ante 27. positus.

C. VII.

19. Εὐκόπις.] Hoc in primis editionibus inepte positum erat post, cognoscetis eos, quod videns is qui ultimam editionem adornavit, collocavit post, & in ignem mitti. Ego eadem libertate transtuli ad locum quem vides, quique ei nativus est.

22. Quod nomen nusquam in euang. reperitur.] at reperitur in epistolis Apostolorum. Phil. 4. 8. 1.Pet. 2. 9. 2.Pet. 1. 3. 5.

24. Ομοιώσω ἀντόν.] Hoc perversè collatum erat post omnis & eum. sed & ἀντί, quod maximè ad rem facit, omissum.

C. X.

3. ΑἰλεῖαιΘ.] Hoc alienum locum obtinebat.

9. Nolo vos possidere aurum modo.] Non aurum modo dicendum erat. Sensus enim est : Non modo nolo vos possidere aurum.

Sed utrumque.] Hic meo periculo pro Utrumque, legatur Ut cunque. Hac sententia:

JACOBI REVII NOTÆ

tia : Non de *auro & argento* dictū esse quod possidetur *in zonis*, sed *Vicunque*, id est quo- cunque alio modo possidetur, *de pecunia au- tem*, quæ *in zonis* possidetur.

21. Θαραύωνοι. 30. Τείχες.] Hæc suis locis restitui.

C. XI.

4. Αὐτέστε ἦ Κλέμης.] Et hæc eo quo per- tinebant traduxi.

5. Αctivè accipiendum est δαχεῖλησογ.] Fallum. Est enim ex Ef. 6.1. 1. Ad euange- lizandum pauperibus. Euangelizantur ergo, ut ita dicam, pauperes, non euangelizant, Confer quæ Erasmus notavit in Luc. 7.22.

7. Σῳδόνεοι.] Positum erat post: transeo hujusmodi. Præpostere admodum.

19. Οἱ filii ejus, hoc est generationis?] Quia *Coopia* proximè antecedit, non *γένεα*, & quia *ἄντις* est in Græco, non *ἀπῆς*.

Ambiguus est *ἀπῆς*.] At in *ἄντις* nulla est ambiguitas. Videntur hic à nostris variasse codices Laurentij.

28. Non significat nunc reficere, cibo re- creare.] Sagaciter oboluit Vallæ sic accipi à Vulgata. Ut & ab Hebræo interprete fit *saturabo vos*.

C. XII.

C. XII.

16. *Ne manifestum eum facerent.*] Confer quæ ad hanc sectionē Erasmus differit.

18. *Eis ἐνδίκησεν.*] Rejectum erat post: *In hostium potestatem &c.*

Surdus.] Imo & mutus. *Luc. i. 22.* de Zacharia; διέμενε νοφός, id est, ut sequitur, ἐν ἡδωνῇ λαζήσας. *Luc. ii. 14.* ἀλελησθεὶς καθός, καὶ ἐθωμαζόμενος. Aliorum auctorum exempla e Thesauro H. Stephani, si dubitas, pete.

42. *Virg. Unus hic infl.*] *Solus hic.* Sed hoc leve est.

C. XIII.

Hoc caput cum præcedenti confusum erat prioribus editionibus, postremæ auctor distinxit.

8. *Kai ἐδίκησεν, οὐδέ.*] Loco suo exciderat hoc.

14. *Et non intelligatis.*] εἰ μὴ Κωνῖτε Imprecantis putat esse. Frustra. Nam loco futuri indicativi hæc tālia sunt apud sacros scriptores quoties additur duplex negatio εἰ μὴ. Quod optime observavit Erasmus. Exempla afferre ociosum est, cum ubique occurrant. Duo addam: Prīmō, reperiri in hoc

Eēs con-

JACOBI REVII NOTÆ

constructionis genere etiam triplicem negationem, ἀκέπτη μη. Ut Marc. 14. 25. ἀκέπτη μη τι. Ebr. 13. 15. οὐδὲ μη σε ἐγκατάληπτο. Apoc. 18. 14. οὐδὲ μη ἔυρεσθαι. Deinde, non modo apud Euangelistas (quod Erasmus notat) hanc phrasim esse, sed & apud Paulum & Petrum (Vetus Testamentum & Apocryphos unde manavit, omitto] v. Gal 4.30. & 5.16. ad quem locum Beza inconsideratè dicit οὐδὲ solere construi cum subjunctivo pro imperandi modo, & lectorem remittit ad Matth. 19. 14. cum ibi nec οὐδὲ nec subjunctivus compareat. Sed, cum cogito, hauddubie Matth. 13. 14. id est, hunc ipsum locum quem præ manibus habemus indicavit Beza, & typographi hic culpa est. Ut ut sit, non pro imperandi modo sed pro futuro indicativo venit hic subjunctivus, v. & 1. Theff. 5.3. Heb. 8. 11. 12. c. 10. 17. 1. Pet. 2.6. Ap. 2. 11. 3:3.12. 7.16. 15.4. 18. 14. 21. 22. ter. 23. bis. 21. 25. 27.

A'κον ἀκεπτη.] Hæc retrusa erant post obscurentur oculi &c.

47. Η'ρι θηληγάθη.] Et hæc miserè fuerunt disjecta.

Legitur non piscium.] Non legitur piscium, hauddubiè scripsit auctor. Cæterum & hic secuta est Hebræum vulgata, qui hanc vocem habet.

IN LAUREN. VALLAM. 222
51. Νὰ κύει.] Hæc quoque incommo-
dam sedem erant fortita.

C. XIV.

2. ἐνεργήσατ.] Loco motum erat.
22. In navim, non in naviculam. πλοῖον]
Navigiū potius, ut Beza. Nam navis est rāvē.

C. XV.

5. Munus quodcumque est ex me.] In hunc
locum v. Scal. advers. Serar. c. 9. & Jo. Coc-
cejum in Gemar. Sanhedrim c. 7. §. 9.

31. Surdi dicuntur, nō muti. v. in c. 12: 22.

C. XVI.

18. Nusquam apud priscos inferum fuisse
nisi adjectivum.] Infernum in omnibus editio-
nibus scriptum erat, præter, imo contra
auctoris mentem.

C. XVII.

20. εἰς τὸ θέατρον.] Deerat ἐκεῖ. quod supplevi.

C. XVIII.

35. Παρεγγέλματα.] Trajectum erat.

C. XIX.

JACOBI REVII NOTÆ

C. XIX.

17. *Quid me interrogas de bono?*] Ita & in quibusdam Græcis codd. legi monuit Beza. Sed & in Euangelio Matthæi Hebraico ita scriptum invenies, cum quo in multis conspirat vulgata. Beza eam versionem nunquam videtur inspexisse, certè nusquam (quod sciam) citat, quod miror.

C. XX.

15. *Ἐτό οὐθαλμός Κου.*] In nostris exemplaribus est ἥ (quod pro vulgatâ stat) & sententia nihilo pejor.

C. XXI.

19. *Cur non dixit: Statuit ea in seculum, sicut alibi dicit.*] Hæc non cohærent. Legendum: *Cur non dixit, statuit ea in seculum?* Sic & alibi dicit: *Dominus regnabit in aeternum & ultra. Quid est ultra aeternum?* Ad rem quod attinet, decepit interpretem similitudo vocum Hebraicarum. Non enim legit pro gned.

C. XXIII.

C. XXIII.

14. Προφάσει μακεδ.] Scriptum erat bis
προφάσει, & μακεδ.

15. Διπλότερον υμῶν.] Transpositum erat.

25. Parapfidiis.] Ita &c. 26. 23. ex ve-
teribus vulgatæ editionibus. At paropfidiis
dicendum erat ex Græco. Prout & hodie in
emendationibus exemplaribus legitur.

Εὐθείᾳ δ.] Loco motum erat,

Αἰδίνιας.] In plerisque tamen est ἀνεγερτας,
quod pro vulgata facit.

Sed de rebus iustitia.] Non capio. Vide-
tur ita supplendum: Neque de iustitia pro-
priè sermo est, sed de rebus iustitia paratis,
neque de rapina, sed de potu & cibo rapina
partis.

28. Quid opus erat à foris, & ab intus.] ab
intus nō dixit. fatente Valla paulo superius.

38. Αἴσιος.] Ad calcem rejectum erat.

C. XXIV.

1. Οὐ βλέπετε.] è sede sua revulsum jace-
bat.

17. Quae sunt è domo sua.] Nescio quam
recte. In domo enim sunt res, non è domo. Et
vulgata legit, ἀεγί πὲν τὸ ὄμιας, ut & in no-
stris exemplaribus est, non τὰ ἐν τὸ δινίας, ut
Valla.

JACOBI REVIR NOTÆ

Valla. In qua lectione (quam & invenio apud Athanas. apol. de fuga sua, pag. 551) irrepsisse videtur *τὰ* pro *τι* ex sequentibus, quia videlicet post legitur *ἄρει τὰ ιπάνα*. Licet fatear ne illam quidem loquendi rationem sine exemplo esse. 1. Mach 5. 47. *Ἄτελεσος ἀπίστας ὁ εἰς τὸν θόλον.* c. 6. 3. *Ἐγνώσθη ὁ λόγος τοῦ εἰς τὸν θόλον.* Confer c. 10. 76. c. 11. 45. 60. Ita hic dici potest, *τὰ εἰς τὸν θόλον*.

18. *In corpora tarda reverti.] Velle rever-*
ti. Æneid. 6.

36. *Pater meus solus.] Meus aberat, quod*
è Græco inserui.

C. XXV.

40. *Nunc per comparativum transfert.]*
Viderit etiam quam appositè *τούτος* hic ver-
tat *quamdiu*, quasi necessario subintelligere
oporteret *χείρος*. Melius Erasmus & Beza,
quatenus.

C. XXVI.

10. *In opere de Elegantia.] l. 5. c. 88.*

13. *A' utrūs.] Scriptum erat a' utrūs.*

17. *Τῆς οὐρανῆς.] Hoc locum suum igno-*
rabat.

45. *Dormitus jam & requiescit is.] Melius*
de

IN LAUREN. VALLAM. 224
de hoc loco judicat Erasmus, quem inspici-
as licet.

54. Est d^ea.] In nostris est d^ea. Et talibus
usus est vulgat^e auctor. Cæterum hic versus
rejectus erat post 56.

61. Et post triduum.] Et iste postpositus
versui 65.

65. Quod blasphemavit.] Imo redundat
hoc dⁿ, ut s^eape.

71. In januam.] Imo in vestibulum. Ut
recte post Erasmus Beza.

C. XXVII.

29. Plectentes coronam.] Non teneo, in-
quit, memoria, an hoc verbum usquam Latin-
nē legerim^m. At exempla studiosus lector è
Festo, Lucretio, Ovidio petita, in foro Ro-
mano, sive Thesauro Latinæ linguae reper-
turus est.

34. Πιενθόξ.] Transpositum erat.

64. Et erit novissimus.] Et hæc deturba-
ta in finem capit is.

Primo (transferendum fuit.) ὥρωτης.] At,
pro comparativo frequenter sumi aliquam
multis exemplis docuit quidam mihi non-
dum visus. Citateum, Casaubonus, nec no-
minat, quod factum vellem. Interim quæ
mihi observata lectori non invidebo. Gen.

41. 20. Τὰς ἐπὶ τῷ βοῶντι τὰς κονδὺας, Τὰς ὥρωτας.
Exod.

JACOBI REVII NOTE

Exod. 34. 1. οὐαὶ τῷ πρώτῳ τοῦ πρωτεύοντος.
Luc. 15. 22. τὸν σολίδην πρωτηνον προιμι id
est, quam prius gestavit, ut ego quidem
interpretor. Jo. 1. 15. ὅπερ τοῖς μηδὲν prior
20. 4. οὐθεὶς πρῶτος εἰς τὸ μυστήριον prior. Act.
1. 1. ἐπὶ μὲν πρωτον λόγον ἐπικοσμίου προιμι
1. Cor. 15. 45. ὁ πρῶτος αἷδαμ. ὁ δεκάτος α-
δάμ. id est πρώτερος & δεύτερος. 1 Tim. 5.
12. πρωτηνον φίστην οὐθέτην Ebr. 8. 7. 13. 9.
15. 18. nominat πρωτηνον διαθήκην. 9. 1. 2. 6.
8. πρωτηνον Σκύνην. 10. 9. αὐτοφείτη πρωτον θεον
διύτερον δίπολον. 1. Jo. 4. 19. ὁπ πάτος πρωτος
ηγέπιστεν ήμεν. prior. Ap. 20. 5. 6. αὐτούσιοι οἱ
πρωτοι. 21. 1. ὁ πρῶτος βερνίδης καὶ οἱ πρωτογυῆ.
Josephus Antiq. I. 15. c. 1. ὁ των μητρα τέθερό-
νουν τὸν πρωτότοτα βασιλέως. id est: Tanta fuit
apud eos prioris regis existimatio. Athanas,
ad Serapionem, Spiritum non esse creatu-
ram ἀλλα ἐπικόδιον μητρον θεον πρωτηνον ἀγγελον πρωτο-
τος ὁ ἀγγελος τοιος; Prior angelus est filius?
cum hoc schemate adversa fronte pugnat
quod habes Eph. 3. 8 ἐλαχιστέρῳ πρωτων
τῷρ ἀγίων. Pro ἐλαχιστάτῳ, si ita liceret
loqui.

C. XXVIII.

1. Nec dicitur in prima, sed in una.] Hoc
sequitur Erasmus, refellit Beza, & errarunt
hunc errorem multi doctissimi viri, sed ad
Ebra-

Ebraïsmum minus hic quidem attenti. Joseph Ant. l. 1. c. 1. Philo *κεραυνοίς*. Basil. Hexaëm. hom. 2. alij. dum mysterium vennantur in illis, Gen. 1. 5. καὶ ἐγένετο στέγη, καὶ ἐγένετο οὐρανὸς καὶ γῆ. Sed cave μίαν aliud esse quam οὐρανόν suspicere. Gen. 18. 13. μᾶς τὸν μυνός. Exod. 40. 1. ἐν τῷ πάντα μᾶς τὸν μυνός τοῦ ορατοῦ. Num. 1. 1. ἐν μᾶς τῷ μυνός τῷ διατέρῳ. 33. 38. τῷ μηνὶ τῷ πέμπτῳ, μᾶς τὸν μυνόν. &c. Ita ferè Diod. Sic. l. 16. Τὸν θεόν μᾶς παταρακούσης αἴχνει τὸν βίτιον καὶ παταρακούσης (βίτιον.) id est, à quadragesimo primo libro, usque ad quadragesimum tertium.

19. Εἰς τὸ ὄρομα.] Manifestè transpositum erat, & sensum dirimebat.

In una Sabbatorum, pro, in unam.] Imo *in unam, pro in una.*

IN MARCI C. I.

4. *Qui putant Marcum Latinè scripsisse.*] Damasus Papa, Radulphus Armanianus, Jacob. de Voragine, Widmanstadius, & pessimarum causarum magni patroni Bellarminus ac Baronius. Errorem convellit inter alios Casaub. Exercit. 16. c. 119.

12. Μελάνης.] Loco motum erat.

JACOBI REVII NOTÆ

C. II.

2. *Non ea quidem loca.]* Haud dubiè scripsit; *ne ea quidem.* Et ostendant sequentia.

12. *Ita ut mirarentur.]* Hæc miserè discrepta erant, & conjecta in c. 3. post verbum 19.

17. *Oὐκ ἥλθον. εἰς μετάβολα.]* Hæc confusa erant.

C. IV.

8. *Quasi unum sit: quomodo dicitur max unum & unum &c. quasi sit multiplex?]* Unū dicitur semen collectivè, ut loquuntur, multiplex granorum respectu. Ergo posteriori loco, ἐν Καθηγη, pro ἐις πόνησθαι. quod arripiendum puto adversus Hieronymum, qui vocem eam semper collectionem notare arbitratur. in Gal. 3. 16.

Non unum dici sed in N.] Hoc probare non possum, utcunque in suis codd. etiam repe-
riterit Beza. Quis enim non videt ἐν πίστιον-
τα, καὶ ἐν εἰδήσιον, καὶ ἐν ἐπαγγέλτον, hic idem esse
quod Matth. 13. 8. ὁ πίστιον, ὁ δὲ εἰδήσιον,
δὲ πειάσιον; nec convenit illud alterum cum
phrasí scriptorum rei rusticæ, ut Beza credi
vult. Quod ut videoas, confer Marcum Eu-
angelistam cum Marco Varrone, Noster di-
cit,

cit, juxta illam lectionem, semen ferre & ter-
 ékōrta id est in triginta. Varro dicit, redire De re rust.
 cum decimo, quintodecimo, centesimo. In his ^{l. i. c. 44.}
 nulla vox est quæ alteri respondeat. Nisi ne-
 gemus aliud sonare ferre in triginta, aliud
 redire cum trigesimo. Bonum ergo factum
 quod Beza nostram lectionem præferendam
 putavit.

39. ἐμέλις οὐ] Trajectum erat. Ut &

C. V.

38. Αὐλαῖζονται. &c.

C. VI.

26. καὶ ωἰλυπῷ &c.

C. VII.

28. Παιδῶν.] In textu est παιδίων Cæte-
 rum rejecta erat vox hæc post: panem filio-
 rum. Contra mentem auctoris & veritatem.
 Ibi enim est τένων.

32. Bardum, seu præpedita lingua.] μογ-
 λάλον. vetus glofforium: μογλάλῳ, attubus,
 μόγλῳ, ἀνπῷ. citat Scalig. lect. Auson. I,
 2. c. 9. affert & Steph. nonnulla in The-
 sauro, sed profecto hic significat ἀλδյον, ut
 est v. 37. ut & in vaticinio quod hic imple-

JACOBI Revii Notæ
tum est, Es. 35. 6. ἡ πατὴν ἔσαι γλῶσσα μογιλά-
λον. Ubi in Hebr. eit illem, quod τηνιτη,
notat, Exod. 4. 11 In versionibus Aquilæ,
Symmachi, Theodotionis: τίς ἐπίνοια μογιλά-
λον ἡ καθόδη; eadem ibi vox in Hebræo. Ita-
que rationes Bezæ in contrarium me non-
dum movent.

34. *Epheta.*] In exemplaribus mihi visis
est *Epheta*, & *Hephethab*.

C. VIII.

26. Μηδὲν δὲ καίμεν.] Trajecta erant.

C. IX.

5. *Faciamus.*] Sic emendavi, subiuncta
etiam, quæ alio commigraverat, voce græ-
ca; cum falso legeretur: faciendum legendum
est. Quomodo enim faciendum conveniret
cum παῖσσωμεν; sed an non faciamus est in
textu? quid ergo sibi vult? conjunctionem
vult tolli. *Faciamus*, inquam, vult legi, non,
& faciamus. In quo discrepantes à nostris
codices habuit.

11. Οὐ πλέγμα.] v. Bezam.

34. Τίς μείζων.] Alic hæc fugerant.

39. Οὐ πέρ &c.,] ut & ista.

C. X.

C. X.

8. Εἰς [άπραγίαν.] Et ista.

13. Πλενεῖται [incredibant.] Fortè legendum, planè.

34. Μῆνας ἐν ὑμῖν.] Hæc discesserant ad finem periodi.

50. Καὶ σύρεξθε, ἀναράς.] At vulgata legit ἀναράσ, ideo vertit exiliens. Ita & Bezae vetustus codex.

C. XII.

40. Καὶ σύρεξθε μάκρη σύρεσθε χόμην.] Totum hoc deerat, non Vallæ (is enim hæc in versione sua habet) sed ex scriptorum culpa.

C. XIII.

19. Θάλψεισται.] è fuga hoc retractum.

31. Παρελθοντὸς ταρέλθων: numeris singularis est.] Deesse aliquid apparet, & videatur legendum: quorum illud numeris singularis est. Nam ταρέλθων singulare esse non potest. Cæterum ne illud quidem in nostris codd. singulare est, παρελθοντὸς dico, sed paralle παρελθοντὸς. Ergo ejusmodi codicem et jam secura est vulgata.

JACOBI REVII NOTÆ

C. XIV.

1. *Prehensum dolo occiderent.]* Coniunge
dolo cum prehensum, non cum occiderent. Sed
videtur vacare, & è præcedentibus incul-
catum.

Κρατήσεις.] Loco motum erat.

2. *Ελεγοντο]* Et hoc.

3. *Πισκῆς]* Videatur Heinsius δέ τὸν Εξ-
erc. sacr. c. 25. Casaub. item in Baron. Ex-
erc. 14. c. 13. ubi tamen summus is vir ad
mentem Eusebij apod. l. 9. euangelium vo-
cantis ἡ πίσιν δὲ τούτης μαθήτης καὶ μινος
videtur attendisse: Neque enim ποιεῖ δὲ πίσιν,
sed à πίσιν vocem ibi derivat Euseb. cum sub-
jiciat ea verba ut interpretamentum vatici-
ni illius, τὸν ἀρχῶν πίσιν, & mox idem Euan-
geliū appellat σώμα τὸ δαγκίλης καρπύμα? Θ-

20. *Iesus autem]* Lege: *Is autem.*

36. *Sed non quod ego]* Addendum: volo.
Sed videtur vox θέλω, quæ in nostris exem-
plaribus comparet, tam à Vulgatae quam
Vallæ codicibus absuisse. Nam & Valla sic
Græca refert: & τίθεται, ἀλλὰ τίθεται.

IN LUCÆ C. I.

2. *Cum posset referri ad Iesum, qui est ver-
bum.]* Jure merito hoc repudiat post Eras-
mum

mum Beza. Sed uterque interpretationem attulit nihilo meliorem. Erasmus quidem hanc : *at pars aliqua fuerunt eorum quæ narrabant. Beza vero hanc : administri fuerunt ipsius rei.* Propius quidem ad textum , sed haud paulo periculosius. Cujus enim *rei* fuerunt illi *administri?* ejus videlicet quæ circa Christum , & ab eo gesta est, quamque describit Lucas. Fuerint ergo ministri conceptionis, nativitatis, mortis, resurrectionis, ascensionis Christi. hæc enim præcipua sunt. at hoc falso diceretur. relinquitur verbi, &, aliqua ex parte, miraculorum administratio , quod si sic est , quid ad hebraicium confugimus , & non simpliciter veritimus *administros verbi* , *vel sermonis*, euangelici videlicet , ut tanto habeantur *ἀξιοπόντες*, quod & oculati sint testes, & constituti præcones?

Quem nunquam, quod memini, reperio appellatum sermonem nisi apud Lactantium.] Imo passim apud Cyprianum, Hilarium, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Prudentium, Bedam, Anselmum, Remigium. notavit Erasmus. Tertullianus etiam multis locis vertit *Sermonem.* in Apologetico, *sermonem ac rationem.* at lib. de Trinitate, (quem Novatiano potius tribuunt eruditii) *verbum, Lactant. de vera sap. c. 7.8. sermonem, verbum, rationem.* & causas addit non

JACOBI REVII NOTÆ
spernendas, quæ accuratioris disquisitionis
sunt, nec hujus loci. v. omnino Heins. Ex-
erc. sacr. c. 3.

17. *Varietatis*] *Veritatis* perperam in o-
mnibus exemplaribus editum erat.

Ut rapiat pauperem, rapere pauperem] *paup-
erem* secundo membro ex textu & aucto-
ris mente adjeci. aberat enim.

22. *Surdus*] v. in Matth. 12. 22.

27. *Non Maria*] v. principium Mat-
thæi.

55. *Apud Patres*] Somnium est. An sic
Deus locutus est *apud Patres*, ut nos loqui-
mur *apud judicem* aut *principem*? quod si ali-
cubi *œ̄s* sonat *apud*, ut illic, *verbum erat*
apud Deum, non statim oportet ubique idem
exigere. Erasmus.

77. *In remissionem*] versus iste ante 73.
perperam erat positus.

78. *A'vatoñs*] Et hoc luxatum.

Angelus Lucifer] Imo rex Babylonis. in-
spiciatur locus.

79. *Ut apparere*] Ita in omnibus exem-
plaribus, cum *aut apparere*, legendum sit.

E'mpāvau] Trajectum erat.

C. II.

14. *Ergo precabantur angeli*] orthodoxus
est iste sensus, sed veriorem v. apud Bezam.

22. *Eo-*

22. *Eorum, &c.*] In nostris codd. est
autem, & ita vulgata. rectè. Pertinet enim
purificatio ad solam matrem. De altera illa
falsa lectione v. Casaub. Exer. 2.c. 12.

23. *Omne masculinum*] Hic versus cum
annotatis præpositus erat versui 17.

34. *Et in signum*] Iste autem postpositus
versui 35.

38. *Stans, sive assistens*] Rectè vulgata,
superveniens. Confer apud hunc Euangelistā
c. 2.9. 10.40. 20.1. 21.34. 24.4. ut a-
lia mittam. quod non decedebat de templo,
commodè accipiendum. Confer Exod. 38.8.
1 Sam. 2.22.

C. III.

38. *Qui fuit filius Dei.*] Videndus Beza.

C. IV.

1. *In Spiritu*] Eundem & hic consule.

5. *Paulo plus minusve.*] In omnibus codd.
scriptum erat: paulo post minusve. quod li-
bere mutavi.

C. V.

27. *Ad eis.*] Transpositum erat.

JACOBI REVII NOTÆ

C. VI.

35. Δαρεΐχηται, Δαρεΐχουσα, Δαρεΐχεται.] Hæc confusa erant.

C. VII.

22. Evangelizant.] v. Matth. xi, 5.

C. IX.

4. Καὶ ἀκούθεν ἐξέρχεσθαι.] Hæc loco suo ex-ciderant.

C. X.

i. *Seni.*] In omnibus exemplaribus excusum erat: *Ex singulis tribubus Sem*, quod quin rectè mutarim in *seni*, non puto dubitabit cui mica salis inest.

Εἰδομένοις] Trajectum erat.

Numerus eorum.] In omnibus erat; *Unus eorum*, nullo sensu.

22. *Et conversus ad discipulos*] Vide Be-zam, cum quo sentio. Repetita enim sunt verba ex versu seq.

C. XI.

5. Χρήσις] Transpositum erat.

III, E'

IN LAUREN. VALLAM. 230
11. Εἰ καὶ χθῶν] Ita & Beza, pro quo alii
legunt ἡ, forte non pejus.

14. *Surdus*] vid. in Matth. 12. 22.

17. *Omne regnum*] Postpositus erat ver-
sui 18.

18. *In seipso.*] Imo, *adversus se ipsum*. Vi-
deatur Erasmus.

53. Αὐτομάλιζεν] Super hoc verbo in-
spice notata Erasmo & Bezæ.

C. XII.

1. *Ad discipulos suos primum.* ἀρώτον.] Re-
ferendum est ad φρασέχεν. *Imprimis cavete.*

8. ἐξ ἐμοῦ. ἐπὶ αὐτῷ.] Transposita & con-
fusa erant.

19. Εὐθεῖαι] Trajectum erat, & in εὐ-
θεῖαι mutatum.

24. *Ad coruos qui potant aquam referri*
non potest.] Bis hic errat Valla, Erasmo ju-
dice, quem consule.

25. *Erunt enim*] Perperam scriptum in-
veni; essent.

53. *Erunt quinque divisi.*] Et hīc essent
irrepererat.

C. XVI.

5. *Non villa gubernationem*] Deerat *Vil-
la*, quod necessario supplevi,

7. *Ac-*

JACOBI REVII NOTÆ
7. *Accipe literas tuas.*] Hæc ab inter-
punctis laborabant.

C. XVIII.

16. *Undecim*] Scriptum erat duodecim.
quod auctoris μυημονικὸν ἀμάρτημα, cum bona
eius pace mutavi ex textu.

C. XIX.

4. *Δι' ἐκτίγης*] Omissa erat præpositio.

C. XXI.

33. *Transfabit, περιλαβει* θ.] In nostris codd.
est περιγένεται. *transfabant.* ut & apud Mar-
cum.

C. XXII.

22. *Per quem filius.*] Hic versus postpo-
nitus erat versui 25.

46. *Nec erat dicendum*] forte, timendum.

68. *Πισθόντε*] v. Matth. 13. 14.

IN JOHANNIS C. I.

10. *Severè*] Annon præstaret legi vere?
nisi scripserit, securè, ut dicere voluerit,
non

non oscitantia quadam hęc tam varie trans-
tulisse interpretem, sed affectatione, & o-
ftentatione.

*Sic credam Deum esse &c. nimirum ei & in
eum credam.] Hoc falsum esse fides diaboli
testimonio sit. Jac. 2. 19. de ~~mūnitione~~ hic
non cogitavit auctor.*

14. *Neque vero unigenitus]. Hoc luculent-
ter refellit doctiss. Beza, quem adi.*

15. *Qui ante me genitus est, nam & hoc
significat γένος, sive, Existit.] Quia testimo-
nium divinitatis Christi habet locus iste,
vindicandus est ab interpretatione Bezza-
is τὸ εμπροσθέν μου γένος, vertit, anteposuisse est
mihi. (quod & Bellarm. sequitur Controv.
2.l. i. c. 18.) quia εμπροσθετος in his libris non
significet tempus sed locum, nec γένος esse
sed fieri. quod ad prius attinet, de libris
Novi Testamenti non abnuo, sed cum in
Veteri Test. locis quamplurimis ita accipi-
atur ea vox, nihil opinor vetabit & hic ita
sumi. Notabo tantum ea capita in quibus,
ut hoc loco, constructa est cum genitivo.
Vide ergo 1 Reg. 3, 18. 18, 5. 23. 25.
1 Par. 29, 25. 2 Par. 1, 12. Eccl. 1. 16. 2,
7. El. 42, 35. (in græco 43, 10.) εμπροσθέν
μου εγένετο αλλος διός, γηρετ' εμοὶ εκέσαι. Al-
terum illud, de voce γένος falsi convincunt
multa dicta in quibus pro γένος usurpatur. v.
Matth. 6, 16. 8, 24. 10, 16. 11, 26. 18, 12.*

26, 6.

JACOBI REVII Notæ

26, 6. Sed opera non est omnia exscribere.
Quia vero etiam pro *gigni* accipi posse scribit Laurentius, & hoc fatebitur quisquis apud Homerum legerit Il. Σ.

— *in d'ēa nūkti ψέρτο.* id est, una nocte natuerant. Et Odyss. y.

— *εἰδότω*
εἰ οὐ δεῖν αἴκαπτον γλώσσης πατερόφεμον το. & unde quæso Christus μονογενὴς dicitur nisi εἰ γίνομαι; refugerunt tamen hanc vocem in doctrina de Deitate Christi Patres, & τὸ γεννῆτον prætulerunt propter Arianos, qui illam παλύσημον ἔχοντες & κλίγεντος in ore habebant.

44. *Incrastinum*] Præpositus erat versui 39.

C. IV.

10. *Σὺ αὐτὸς*] Incommode hæc erant collocata.

C. V.

4. *Et qui prior*] Præpositus erat versui 2.

66. *Ἐκ τέτος*] trajectum erat.

C. VII.

20. *Ἐγὼ δίδω*] Et hoc.

C. VIII.

C. VIII.

90. Εἰςέχοντο καθ' οὐσίαν] In nostris est οὐσία, id est, καθ' οὐσίαν. Videatur Beza.

25. Principio maria ac terras] Cælum ac terras. Aeneid. 6.

Dixit eis Iesu principio. Τὸν ἀρχὴν.] Melius Beza, quem consule.

C. IX.

2. Quisnam ille peccavit] Qui peccavit, legendum puto.

33. Nunc posse.] Scriptum erat contrario, imo nullo sensu, non posse. Vult dicere, Tὸν poterat præteritum notare, ut Id posset præsens tempus. Ideo addit διακειμένως, nūc.

C. XI.

Ad eas quae erant circa Martham. ταῦτα
τὰς οὖτε Μάρθας.] Rectè hoc rejicit Erasmus.
Non agnovit hoc loco, inquit, Valliformam
Græcanici sermonis, quo dicunt illi Τοὺς ἀποφθέματα,
τὰ δάκρυα, pro Platone ipso, οἱ οὖτε τὸ θύμηγον, pro
ipso Epicuro. Non enim invisebant eas quae cir-
cum illas erant, sed ipsas in lucta constitutas.
Sed Beza in Act. 13. 13. hunc loquendi mo-
rem eo refert, quod (Philosophi) cum suis
disci-

JACOBI REVII NOTÆ

discipulis in publicum procedere solerent. Ideo & hic de mulieribus cognatis scilicet agi. Fortasse idem diceret de loco Epiphaniij Hæref. 30. Χλαζουν δαβιδ' τι καὶ σκλοπῶτα, ὅμοιος δὲ θεοῖς καὶ θεαῖς καὶ ιερεῖς. De Esaiā videlicet & Jeremia stipatis discipulorum catterva agi. Sed quid de eo quod idem ait Hær. 37. dicet? (δέρις) ἀπὸ αὐχῆς τὰς καὶ εὐαγγέλια πάτερα. Etiamne Adamum & Iacobum aliqui affectabantur, cum nulli erant? friget ergo Bezae commentum, & stat censura Erafmi.

C. XII.

20. Gracè vocantur] Legebatur Graci. sensu inepto.

Olim fuisse vocatos γραικούς Olympiodorus in Arist. meteor. (citat autem locum Casaub. Exerc. 9. c. 3.) τὸν μὲν γραικούς νωὶ δὲ Ἑλληνες. Τοῦ δὲ οὐρανοῦ μὲν ἡμετέραιοι παροξύνονται, γραικοί λέγοντες· δὲ δικαιολόγοι οὖντο. καθόλου δὲ ἡμετέραιοι τὰν οὐρανού παροξύνονται τὸν κόμπον. Ubi mihi castigandus est cum sua obscura diligentia interpres locorū Casauboni græcorum, ita enim hæc vertit: Tunc quidem (vocabantur) Graci, nunc vero (vocantur) Hellenes. Porro hoc nomen Romani exagitant, Graci, dicentes: sed communis dialectus fastidit. In universum autem Romani unum nomen exagitant

IN LAUREN^V. VALLAM.²³³
agitant propter superbiam: &c. Monstrosa in-
terpretatio, cum ibi non de exagitatione,
nec de fastidio, sed de vocabulo oxytono &
paroxytono sermo sit.

C. XVI.

I. *Nisi dixeris*] Trajectum erat.

Nam si per indicativum] Ultimæ editio-
nis auctor pro *si* posuerat *fis*, à mendosa in-
terpunctione, quam correxi, in errorem in-
ductus.

Et in me creditis.] Videatur Beza.

Finitur sententia.] Hoc sugillat Erasmus,
&c., *dixisse vobis*, connectit cum sequenti-
bus, hoc sensu: *dixisse me jam abire ad pa-*
randas eas mansiones. Idem invenire est apud
Nonnum:

Πολλὰ δὲ ὑψηλά οὐτῷ ἐμοι καὶ δῶμα τοῦτῳ
ἐντὶ μοναὶ συγχρόνῳ ὅμοῖοις. διευτίνεις δὲ
ἐις μὴ πουλυμέλαθρῳ ἐμὴ πέλε πάνδοκῳ ἀλλὰ
ὑμῖν ποιέις εἴπον ὅπερ εὐκέλαθρῳ ὁδὸν
ὅφερ καὶ εἰτύνω πολυχαρέσσῳ ἔνδιον ἀνλῆς
αὔξειν ὑμεῖσαν νεοτευχέα χῶρον ὑφαίνων.

Sed rectè defendit Vallam, & veram lecti-
onem stabilit Beza.

26. *Quia vado ad Patrem.* ὅτι ἔπον ὑμῖν
πορεύομαι.] Græca docent aliquid hic dees-
se, tale videlicet: *In Græco est: Quia dixi*
vobis, vado ad patrem.

Gg

C. XVIII.

JACOBI REVII NOTÆ

C. XVIII.

1. *Non Hebraicum nomen videtur esse (endron)* Solidè hæc refellit Beza.

C. XIX.

13. *In loco] Postpositus erat versui 34.*

C. XX.

11. *Dum ergo fleret] Hic nihil annotatur, tantum adjicitur Græcus textus. Itaque aliquid desideratur, tale videlicet: In Græco est; dum ergo fleret inclinavit se IN MONUMENTUM & prospexit.*

C. XXI.

3. *Eὐθὺς] Commodius quā erat collocavi.*

IN ACT. C. I.

14. *Kai τῷ δήμῳ] Trajectum erat.*

15. *Oροπάτων] Ut & hoc.*

C. II.

3. *Kai ὥφθινος] Et hoc totum.*

Ωση

Αὐτὸν προσέ] Scriptum erat αὐτὸν τύπ. Contra textum & auctoris observationem. Negat enim Ignis esse casus nimirū, quod negare non posset, si legisset τύπ.

4. *Loquuntur] Scriptum erat, loquentes, quod è textu emendavi.*

C. III.

22. *Tanquam me] Hæc perperam distin-
cta erant.*

C. IV.

27. *In sua exempla] Infinita, legendum,
ni fallor.*

36. *Praeorsus] Positum erat post Joseph. per-
verse.*

C. VI.

3. *Nam quoties necessitatem] Lege: Nam
quoties OPUS necessitatem significat.*

C. VII.

6. *Quia erit semē] Præpositus erat versui 5.*

C. VIII.

13. *Maytius] Incommodam sedēm obti-
nebat.*

JACOBI REVII NOTÆ

16. Erat delapsus, sive, Erat illapsus.]

Dicendum est delapsus & illapsus. Spiritus videlicet. Neque enim est neutri generis, ut *μεντη*.

c. ix.

4. *Saul, Saul]* Hæc trajecta erant,

5. Non hic, sed inferius legitur: Durum, et] Aliter in nostris codd. qui pro vulgata faciunt. docebit Beza.

8. *Ad manum]* Lege: *ad manus*. Ita enim habet vulg. & hoc (pluralem dico numerum) Valla reprehendit.

36. *Dorcas, quod Latinè dicitur caprea.*] Martialis tamen ex his diversa lemmata facit Xenio 99. & 100. viderint quibus ocium est, inter alios Bellon. Observat. l. I. c. 54. Tralatitium Dorcadis nomen etiam est apud Josephum de bell. l. 4. c. 5. ιωάννην πάνεμπον δορκάδος Ἐπὶ ἀνδρῶν πάνες καὶ τὸ διπλόν εἰσι γλωσσαί.

c. x.

1. *Centurio]* Postpositus erat versui 4.

E'x *Cteignus]* Trajectum erat.

16. E'πὶ τριῶν] Imo ἐπὶ τριῶν, in nostris quidem libb. & hoc vertit vulgata, licet barbarè.

36. E'παρο

36. Εὐαγγῆλοντες] διαγράψόμενοι in nostris.
Et hoc puto auctorem voluisse, sed memoria
lapsum.

C. XIII.

9. *Id dicitur*] *Dicatus* perperam scri-
ptum erat.

C. XIV.

15. *Similes vobis patibiles. ὁμοιοπαθεῖς*] Be-
za: *Iisdem obnoxii affectionibus*. Vulgata, *Si-
miles*, id est *ὅμοιοι*. nec hoc male. Sap. 7. 3.
Ἐστασαι τὸ κοινὸν αἴσχος, καὶ ἡτοί τὸ ὁμοιοπαθὲ κατέπονον
γῆν. Josippus c. 12. εἰκῇ δέδεινται θρωπῷσι,
Θηριοδέσιτα, Τις ὁμοιοπαθεῖς, καὶ ἡτοί τὸ αὐτὸν γενόντας
συγχέισιν γλωττοποιῶσι; prior locus satis per-
spicue facit pro vulgata.

C. XV.

2. *σάνως καὶ συζητήσως*] transpositum erat.

13. *Simeon*] Hic infarctum erat nomen
Simeonis Ebraicum. quod non potest esse
ab auctore. Cur enim diceret *fōrtē*, si He-
bræa vox ei cognita erat? at Hebraïsmi
inscitiam in Matth. 1. satis prodidit. Sustu-
li ergo.

G g 3

C. XVI

JACOBI REVII NOTÆ

C. XVI.

13. Εξω. ωνοντω.] Trajecta erant, & totus hic versus præpositus versui 4.

25. Sed tantum : dicebant Deo.] Locus mendoſus, propter unius voculæ, tantum, trajectionem. Reſtitue ſic: Nec legitur, Lan-dabant Dominum, & hymnum dicebant tan-tum, ſed, dicebant DEO. φροσεὶ χόμενοι ὑπαντὶ Θεῷ. Porrò verlus hic integer in sequens ca-put poſt verſum 3. conjectus erat.

C. XVII.

22. Superſtitioſores. διοιδαιμονεſέργεις.] Op-ponunt Theologi διόβειας & διοιδαιμονίας, illam in virtute, hanc in vitio ponentes. Philo de ſacrif. Abel. p. 90. εὐοιδεῖας μὲν ἐλειών-των, διοιδαιμονίας δὲ, περὶ γυμνα ἀδήφον αἰσθεῖται κα-τακοδαζόντων. & lib. τὸ χεῖρον &c. p. 107. οὐδὲ διοιδαιμονίας διόβειας (ἐπιτιθέντη φοροῦνται.) quam diſtinctionem ſequitur & Clem. Alex. pro-trept. Uſus tamen ſignificata harum vocum confundit, & tam hanc quam illam in bo-nam partem accipit. Xenophon de Agesilao: ἀτὶ δὲ διοιδαιμονίαν, νομίζων θεοὺς μὲν ηγαῖς γάρ τις ζῶν διοιδαιμονίας. θεοὺς δὲ δικλεῶς τετράγενοτας οὐδὲ μα-ργέας. Et Regem Ægyptiorum ſummus fa-cerdos ſolet cohortari ad διοιδαιμονίας καὶ θεο-φιλῆ

φιληππον. Diod. Sic. l. 1. Josephus etiam de Manasse converso ait: καὶ πάσης χρῆσις αὐτῷ
(† Θεὸν) δικαιουμένη. Antiq. l. 10. c. 4. itaque non malè Beza, qui *religiosiores* hic vertit.

23. Σεβασματικός. *cultus, culturas, delubra*] Horum secundum sequitur Erasmus. Nimis angustè, ut judicat Beza, quē consulas licet,

34. *Ariopagita*] *Areopagita, ἀρεοπαγίτης.*
Rerum naturalium Deus naturae.

Neque Gracis.] Imo Phlegon & Thallus apud Eusebium & Africanum. v. ib. Scal. &c, de Emend. Temp. l. 6.

Per universam terram] Explicatio hæc, quæ & Bezæ est, controversia non vacat, quomodo enim obtenebrationem hanc ἐκλεγεῖν μεγίστη τῇ ἐγκωμιάσεων περίπτερον vocare potuit Phlegon, si solis Judææ terminis, id est, uno orbis terrarum angulo, ut Beza loquitur, continebatur? de Dionysio non laboro.

Facta fuisse famæ per universam terram] Ego hoc in libb. Regum non invenio. Fortè respexit ad Gen. 41. 54. *Et in universo orbis famæ prævaluit.*

Faciunt Dionysium] *Faciant, puto.*

C. XVIII.

10. *Et nemo apponetur tibi ut noceat te.*] Ridiculam hanc lectionem, quæ in veteribus vulgatae exemplaribus reperitur, poste-

Gg 4 riores

JACOBI REVII NOTA
riores sustulerunt, interim mutilarunt tex-
tum, dum verbum ἐπλυθίσας, quod stultè ver-
sum fuerat, apponetur, prætermiserunt.

C. XIX.

24. *Trapezetam*] *Trapezitam*.

39. *In consueta concione*] Scriptum erat:
In consueta ecclesia. At hoc ipsum est quod
hic impugnat auctor. Itaque ab ipsius manu
esse non potest.

Absolveretur. ἐπλυθίσας.] Sic Vulg. poterit
absolvi, at nostri libb. habent, ἐπλυθίσας, ex-
plicabitur. sanè melius.

C. XX.

3. *Diligentiam.*] *Exquisitam formam*,
Beza.

9. *Priori questioni*] v. Bezan in Act,
9. 7.

28. *Civilitatem*] Hic puto Laurentiano
operi accidisse quod ipse supra suspicaba-
tur de Luca, permutata videlicet loca du-
arum dictiōnum. id est, eum in textu suo
vulgato invenisse *civilitatem* (& verum est
in quibusdam id extare.) præ eo laudasse a-
lios codd. qui habeant *civitatem*. Neque de
hoc eruditio ejus nos sinit dubitare.

C. XXVI,

C. XXVI.

29. *Sive parum, sive multum abest*] Videatur Beza.

C. XXVIII.

11. Εὐπλοίφ.] Hæc loco mota erant, sed nec ordo verborum planè idem cum nostris codd. licet idem sensus.

15. *Quia prius nominatur*] Hæc ab inter-
punctis laborabant.

^{25.} *Et non intelligatis.]* De hoc in Matt.
^{13. 14.}

IN ROMA C. I.

4. *Spiritus resurrectionis*. Et mox: *Spiritu-
rum sanctificationis & resurrectionis*] Apparet
Laurentium legisse: *καὶ πνεῦμα ἀγνοῶντος καὶ α-
νασάσιος ρεπόντος*. Pro quo libb. nostri, *εἰς αν-
ασάσιος ρεπόντος*. Et ita summo consensu habe-
bant codd. Bezae, ut est apud ipsum. Vulgata
legit, vel saltem reddidit: *ανασάσιος ρεπόντος*.

24. *Cordis fisi kagdias av spj.*] Imo *Cordis*
nim. kagdior.

26. *Affectus contumeliae*] Cave ~~τάχος~~ in hisce libris aliter accipias quam pro affectu animi, ne hic quidem ubi subjiciuntur

G g S

અંગુલ

JACOBI REVIT NOTÆ
ἀπρόηται in quas iij affectus proruperunt.
Multo minus Col. 3, 5. πάθε, ἐπιθυμίας γα-
νῶν. I Theſſ. 4, 5. μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας. Gal.
5, 24. Καὶ τοῖς παθήμασι καὶ ἐπιθυμίασι. Quibus
locis appositè πάθε & πάθημα per ἐπιθυμίαν
explicantur. Optimè Basilius Aſcet. de bapt.
c. 2. citans dictum Col. 3. 5. prohiberi di-
cit πᾶς ρωμαῖος ἀχει καὶ φροσπαθεῖς (nota) ἐπι-
θυμίσας. Eoque ait τὸ τριτόν (nota iterum)
τὸ παρδίας ἐδείχνει. Necessario hoc monen-
dum fuit, propter Erasmus, & quosdam
viros doctissimos, qui aliud suspicati sunt.

C. II.

II. ὑποληψία] Vocem eam nondum inve-
ni. ὑποληψίαι fortè in mente fuit, quæ ſuſpi-
cionem notat; sed nihil ad rem Laurentii,
imo ei adverſatur. Καύληψις pro opinione fre-
quens eft.

C. IV.

8. Per verbum Puto] Impato potius.

C. V.

7. ἐπιβόλ] Trajectum erat.
Pro juſto & bono] Adi Bezam.

C. VI.

C. VI.

10. *Quod enim mortuus est.]* Et hiceum consule.

C. VIII.

7. *Φόρημα]* Transpositum erat. De vocis significatu videatur Beza.

26. *Non esse Pater vocativi casus, sed nominativi. ἀλλὰ ὁ πατής.]* At æquipollent vocativo καὶ nominativo. ut Jo. 8. 10. οὐ γάπι, πεπέπονται τοι. Luc. 18. 11. ὁ Θεός, διχαίωσεν σου.

26. *ἐπυγχάνει.]* ἔφεπεν γχάνει.

C. IX.

6. *Non autem tale. οὐχ ὅτοι]* verterem: Fieri non potest. Ut in prioribus editionibus Beza, licet postea mutarit.

C. X.

6. *Τὴν δικαιοσύνην]* Trajecta hæc erant.

C. XI.

11. *Incommode transfertur]* Puto auctore scripsisse, commode, vel, non incommode.

Haeg-

JACOBİ REVII NOTÆ
Παρεχηλώσω (posterius) loco motum erat, ut &

25. Παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι. &c

33. Αὐτοχθόνιοι. &c

36. καὶ ἐισάντων. Ibidem, pro, *in quem omnia*, scriptum erat, *in quo*. Directè contra mentem auctoris.

C. XIII.

5. Καθεῖς] In nostris est καθ' οἰς. Paulò rectius,

C. XIII.

3. *Terror bonorum operum*] Deerat operam, quod necessario supplevi.

C. XIV.

1. Εἰς διακείσθε] Turpiter trajectum erat. ut &c

C. XV.

5. Στρατοῦ. &c

9. Τῆλοι.] Pars autem illa hujus versus quæ incipit: *Et nomini tuo cantabo*, cum annotatis, rejecta erat ad calcem versus 14.

24. *Ut si proficiscar. ὡς εἴπει.*] Difficultatem tollit Beza.

31. Quæ

IN LAUR. VALLAM. 239
31. Quæ Gracè dicitur commun ionem.]
puto: quam Gracè dicit communionem.

IN I. COR. C. I.

15. Ε'ις τὸ ἐμόν] Loco motum erat, nec
minus
17. Κεραθῆ.
20. Transfert] In prioribus editionibus
est transfers, eodem sensu.

C. II.

9. ἔλλοι] Locum nonnihil mutarat.
13. Non in doctis] Conferatur Beza.

C. III.

2. Magis ad verbum] Sed non Latinus. Nam potare est bibere, non potum dare. Potionare dici posset, nisi haberet significacionem veneni.

9. Κωρυχῇ] Transpositum.
17. δε βέτην.] Et hoc.

C. IV.

6. Pro alio.] Mendosè è textu in glossam irrepserat.

11. Ut nescio qui] Scriptū erat Et, pro Ut.

C. V.

JACOBI REVII NOTÆ

C. VI.

4. *Constituitis*] Nodum solvit Beza.
[*ξουθενμίαρες*] Trajectum erat.

20. *Carmina deest.*] At poterat dicere *defit*. Nec id repudiabat metri ratio. Alio itaque consilio diversa usus est constructione quā propter metrum. Sed solidē hanc Val-læ censuram refellit Jul. Cæf. Scal. de Caus-ling, Lat.l. 12, c. 180.

C. VII.

4. *Cum non variaverit ἀνὴρ, variavit γυ-*
νἡ.] In prioribus editionibus contra legeba-
tur ; *Cum non variaverit γυνὴ variavit ἀνὴρ,*
nunc mulier, nunc uxor transferendo. Cujus
lectionis absurditas movit postremæ editio-
nis auctorem ut Græca transponeret. Inter-
rim hoc esto insigne exemplum confusionis
Græcarum dictionum in hoc opere.

Propterea cum dicas] Dicit, puto, propter
sequens, *velit.*

8. *Toῖς ἀγάπουσι]* Misere suo loco detur-
batum jacebat. pro *nuptiis*, legerem *non nu-*
ptiis, ut in textu est.

C. IX.

5. *Sorores, quod tanquam non uxores*] I-
mō quod fideles. Erasmus. Beza. Sic Tobias
uxorem

uxorem suam alloquitur : μὴ λόγον ἔχεις οἰδηφή.

c. 5. 26.

13. [εἰδαπεῖ] Incommode hæc erant posita.

Loculū Gervasii & Prothasis] Epist. Ambr. 85. & Serm. 91. de Invent. corp. sanct. &c. sed supposititium est utrumque scriptum, testibus Erasmo, Possevino, Bellarmino, Baronio.

C. XI.

15. [εἰπεῖν] Trajecta erant.

24. *Frangentes circa domos panes.* Act. 2.

46.] Beza de communi convictu intelligit.

30. *Tertium addant, BAPTISMUM.*] Id vocabuli frequens est apud Cyprianum. Ut in Conc. Carthag. *Cum non sit baptismum nisi in ecclesia unum.* item : *Ne quis singulare & verum ecclesiæ baptismum detrectet accipere.* item : *Ego credo baptismum salutare non esse nisi in ecclesia catholica.* Ita expositione symboli quæ Ruffino tribuitur : *Utrumque enim baptismum nominatur.* Sic August. aliquoties (quod Erasmus ad Cyprianum notat) comment in Johannem. Et auctor libelli de propriis personis &c. Athanasii operum tomus 2. infartus p. 404.

C. XII.

JACOBI REVII NOTÆ

C. XII.

26. *Legendum est*] *Intelligendum, ni fallor.*
27. *Forfitan interpres incuria deceptus est,*
quod putavit scriptum ēn μέλος, λ pro g. legens]
Imd fortassē codicem Grēcum nactus est in
quo sic scriptum erat. Nam & ita citatur ab
Epiphanio Hæref. 66. pag. 332.

C. XIII.

13. *Major barum.*] Imd *maxima barum dicendum erat.*

C. XIV.

11. *επιμοι*] *Transpositum erat.*
Barbarus imperitè quidam exponunt] *For-*
tē, imperit une quidam exponunt.
16. *ἐτεί quoniam*] *Imo & alioqui. Quod*
ipse modo usurpabat.
οὐαρανγῶν] *Trajectum erat.*
Qui non plus loci implet quam idiota.] *Imd,*
qui sedet inter idiotas.
ἢ τὴ σῆ διχαισία] *Confusa hæc erant.*

C. XV.

31. *In veritate*] *Sed nusquam dixit: οὐτε*
αληθεῖα.

ἀληθεία. Quod unum ad rem faceret. Imo nec ἐν ἀληθείᾳ, nec ἐπ' ἀληθείᾳ, juramenti vice ei usurpatum invenio. Licet postremum hoc aliquam jurandi formam habere videri possit Luc. 4. 25. ἐπ' ἀληθείᾳ γέλειος μήν. & 22. 59. ἐπ' ἀληθείᾳ γέλειος μήν ἀγρίος.

52. *In noctu*] Imo *in jaētu*. Ut rectè Beza. Id enim est πνύν.

C. XVI.

2. *Quod facile sit*] Confer quæ Erasmus & Beza annotant.

21. *Hoc dici Latinè non potuit Manu mea Pauli, ut in alio opere differri*] Elegant. l. 2, c. 1, ubi tria pronomina, *mei*, *tui*, *sui*, in genitivo passivo, sive mutata in vocem possessivorum active, negat admittere in suum consortium ullos genitivos substantivorum. Itaque non fuisse dicendum, *manu mea Pauli* (hoc exemplum ibi citat) sed *manu mea qui sum Paulus*. Retinuit tamen hunc hellenismum Beza.

IN II. COR. C. I.

6. *Quod Græcè non legi.*] Confer Beza.

19. *Etiam quod est etiam*, & non quod
Hh est

JACOBİ REVII NOTÆ
est non.] Melius ij codd. qui hæc non du-
plicant. quos & Beza sequitur.

In ipso Etiam] Imo In ipso Deo. Videatur
Beza.

22. ἀπόστολος] Trajectum erat.

In Mostellaria, & in Penillo.] Melius: In
Mostellaria, & in Pænulo.

C. II.

17. καταδρόμοις] Trajectum erat. Ut &

C. III.

10. καὶ οἱ ἄδει &c. & 13. Εἰς τὸ τέλος
versu 10. etiam glorificatam deerat secundo
loco, quod necessario supplevi.

18. *A Domino Spiritu.*] Alterum illud
simplicius est. Videatur Beza.

C. V.

11. *Manifestatos*] Scriptum erat ma-
nifestos. At hoc est quod auctor reprehen-
dit.

C. VII.

10. *Cum falsa sit*] Cum falsa est, puto Val-
lam scripsisse, propter sequens ejus correla-
tivum

IN LAUREN. VALLAM. 242
tivum *tum*. Ita enim ipse nos docuit loqui,
Elegant. l. 2, c. 22.

C. VIII.

8. *Ingenium bonum*] Sic est in vulgata,
& prioribus Vallæ editionibus, quod per-
peram mutavit postremus editor. Fecit e-
näm intelligendo, ut non possemus intelli-
gere quid Vallæ reprehenderet.

Ac ne ingenium quidem puto legendum] Hoc ultimus mutarat, in, *ac ne ingenium*
puto legendum. Falso, & contra mentem
Vallæ, qui contendit *ingenium*, pro*ingeno*
legendum.

Tv̄m̄ov] Puto aliquid deesse, tale: *In*
Graco enim est ym̄ov. Sic jam sensus con-
stat.

Nec ingenium nominari] Verissimè. Ut
falso supposuit ultimus: *nec ingenium no-*
minari.

Δοκιμάζων. δοκιμή.] Turpiter invertere-
rat ordo harum vocum, ut &

23. *έπει τέτης &c.*

Socio nostro] Hoc profecto sciolus quis-
piam interpolavit. Legendum enim, *σέκι-*
υς μεν, (scilicet *est*) ex textu, & mente
Vallæ. Tantummodo enim relativum, id
est voculam *qui* in vulgata redundare do-
cet.

JACOBI REVII NOTÆ

C. IX.

7. *Ex indigentia*] Rectè hoc refellit Erasmus, quem Beza sequitur.

C. X.

5. *Δογματικός*] transpositum erat.

C. XI.

1. *Non legitur Græce quid*] Imo legitur, τι, sed conjungendum cum αὐτέχεδε, non cum ἀφορούντες.

Susciperetis] Malè hoc Valla, pro *sufferentis*. v. Erasmum.

Μικρὸν τὴν ἀφορούντην,] Imò μικρὸν τὴν ἀφορούντην. v. Bezam.

7. *ἀμαρτίας ἐποίησα*] Deerat ἐποίησα, quod supplevi.

13. *Ψευδαινέσθω*.] Hoc alio se subduxerat.

C. XII.

1. *Vir. Δῆ*] Imo sanè, profecto, equidem. Nam *vix* est μόλις, μόγις.

9. *Δύραμίς μου*] Hoc abjectum erat post verba: *virtus Christi*. Quapropter, videns absurdum.

IN LAUREN^V. VALLAM. 243
absurditatem ultimus editor, mutavit $\mu\pi$ in
 $\chi\epsilon\tau\tilde{\iota}\tilde{\iota}$. Sed nihil opus erat. Propria tantum
sedes ei reddenda.

C. XIII.

II. *Valete. χαίρετε.*] Et hoc sequitur Beza post Erasmus. prætulerim tamen *gaudere.* Exhortatio enim est, ut in sequenti-
bus patet, non valedictio. Confer Phil. 3, 1.
4, 4. 1 Theff. 5, 16.

IN G A L. C. V.

I. *Ζυγῷ διλητίας.*] Deerat ab omnibus, vel
descriptoris, vel typographorum incuria.
25. *σοιχωμέν*] Hæc rectius Beza.

C. VI.

4. *Εἰς ξανθὸν*] Transpositum erat. Ut &
v. 8. *ἐις τὸν Καρπό.*

6. *Catechizatur*] Scriptum erat: qui ca-
techizat verbo ei qui catechizat. prius ne-
cessario mutavi.

12. *Gracè non legitur in carne*] Falsum:
legitur enim *ἐν Καρπί.*

Neg, tamen reprehendo interpretem] Quo-
modo non reprehendendus si ponat quod
non est in textu?

Hh 3

Sed

JACOBI REVII NOTE

Sed tanum significo non respondere verbum verbo, quia respondere non potest.] Quomodo cum quod in textu non est, possit etiam omitti in versione? absolvam te lector. pro; Gracē non legitur in carne, lege meo periculo: Gracē non legitur placere, nec tamen reprehendo &c. quia respondere non potest. Id est, quia Latini vocem non habent quantum ἐνθερπίσσω exprimant.

IN EPHES. C. I.

9. *Noto factio*] Deferat noto, quod nefario inferui.

C. II.

10. *Ἐς πόντοι μέσος*] trajectum erat.

12. *Civilitate*] Civitate, opinor, scripsit Valla. v. in Act. 22. 28.

C. IV.

15. *Augeamus in illum*] Rectius omnino vulgata. consulatur Beza.

19. *ἀπηλυπτός*] Eundem & hic adi. Nam Vallæ versio, ut mihi videtur, nec cœlum nec terram tangit.

C. V.

C. V.

4. ἐνβαπτέλειαν] ἐντεκτηλίδια. Quod autem dicit nonnullos in vitium accipere hanc dictio nem, id exemplo uno & altero ostendam. Pindarus Pyth. Od. 1. μὴ δολωθῆς φίας κέρδεσσιν ἐντεκτηλοῖς, *lucris scurrilibus*, ut recte vertit Steph. Basil. in Psal. 62. (ipsi 61.) ποιοι εἰσιν οἱ Τὰς πανηγύς τε φέξεις Σποδεχόμενοι, οὐ χαείεντα μὲν τὸ διτεφήσιον λέγοντες, τὸ δὲ αἰχρολόγον ποιοι ποιοῦν, Τὸν πικρὸν καὶ δρυῖλον σκλαπεφρόνητην διεμάζουσι &c. Ubi vides τὸ διβάπησιον in vitio ponit, at τὸ χαρίσιον in bono. Addit enim: οὐ απαξιπλῶς τὰς κακίας οὐ τὸ αἴραμένιον αρετῆς θεωρεῖσθαι.

5. ἔσεγνώσκοντες] Loco motum erat.

18. *Vecordia*] Beza, *luxus*. rectius,

IN PHILIPP. C. I.

13. ἐν δλῷ] Trajectum erat.

28. *Ac tumultuemini*] aut *tumultuemini*, ni fallor, scripsit.

C. IV.

3. *Quod nunc dicit Germane.*] Additum erat: *seu Compar.* quod falsum. Nèque enim hæc unum sed duo sunt: γνώσις, & Κύρως.

JACOBI REVIT NOTÆ

De priore tantum agit, ut patet ex sequenti loco. Itaque sustuli illum pannum ab alio assutum.

7. *Modò custodier.*] Modò pro nunc vix puto esse Laurentianum. Arbitror aliquid deesse, tale: *Græcè est indicativo modo, Custodier.*

12. *Ubique*] Probabiliteratione Beza retinuit, quem vide.

IN COLOSS. C. I.

20. *Δι' ἀντῆς*] transpositum erat, ut &

C. I.

15. *Τοῖς Αἴγυμασιν.* & paulo post, *εἰδηγμάτος.*

IN I. THESS. C. IV.

11. *Περὶ τῶν ταῦθα*] Et hæc incommodam sedem nacta erant.

C. V.

5. *Non estis noctis.*] Hoc præcedentia capitierat agglutinatum.

23. *Kai*] Hoc transpositum,

IN

IN II. THESS. C. II³

4. *Quasi sit Deus*] Deest censura Vallæ, tantum adjicit Græca. Itaque scriptum fuisse reor: *Græcè est; quod sit Deus,* &c.

3. *Quod elegit vos. &c. & vocavit vos.*] Utrobius perperam legebatur *nos.*

C. III.

6. *Ut fabtrabatis*] Hæc in prioribus editionibus præcedenti capiti permista, postremæ auctor suo loco reddidit.

16. *In omni modo. τρόπῳ.*] Vulg. legit *τριπλῃ*, loco, quod præfert Beza.

IN I. TIM. C. I.

3. *In gratia exhortetur corda vestra.* 2. Theff. 2. 16. 17.] Illud *in gratia*, pertinet ad finem, v. 16. *Consoletur* incipit versum 17. in nostris codd.

C. II.

8. *Sine dubitatione atque hesitatione.*] At *νό οργῆς* hic non exprimitur. Reliqua bellè habent.

JACOBI REVIT. NOTE

C. III.

3. *Poſteriore,*] Perperam editum erat,
priore.

πάγοιον] Propter trajectionem Græcæ vo-
cis totus locus erat confusus, &c., quia qui
ediderunt sensum non capiebant, etiam mu-
tatus. Nam *deditos* quod textus est, verte-
rant in *deditum*. Denique ita locum edi-
derant, quasi *πάγοιον* reprehenderetur in
diaconis, quod falsum est, sed *πολλων διηρη-*
περιχολας. Alterum illud removetur ab e-
piscopis.

4. *Bene p̄fint*] Deerat *bene*.

16. *Manifestatum*] Sic lege, pro *mani-*
festum, quod editum erat.

C. V.

12. *κεῖμα*] Trajectum erat.

IN II. T I M. C. I.

3. *Mutuam vicem*] Deerat *vicem*.

C. III.

10. *Fuisset aſsequuntuſ*] *Fuit*, puto scri-
ptum.

IN

IN TIT. C. I.

2. *In spem vitæ*] Integer versus cum annotatis post versum 6. conjectus erat.

5. *εὐκράτη*] Hoc trajctum.

11. *Nam idem hic quod illic*] Hic memoria Laurentio fraudi fuit. Neque enim *εὐ-*
κράτη est in Luca, sed *εὐσοματίζειν*. c. 11. 53. ubi interpres verit, *os eius comprimere*. Sed de significatione vocis videantur Erasmus & Beza.

IN EP. AD PHILEMONEM.

6. *Evidentiam quam efficaciam*.] Contra sentio. Quid enim est *latens evidētia*? *δύ-*
σανη hoc. sed *latens efficacia* optimè intelligitur.

12. *Ter̄ist.*] Loco motum erat, & ita possum, quasi ea esset falsa scriptura, cum sit vera.

IN HEB. C. I.

3. *Qui per seipsum*] Sensus flagitat: *Qui postquam per seipsum...*

10. *Προσώχθω*] Sic ex nostris posui. Laurent. tamē habebat *προσώχθω*, quod & ipsū græcum est. hoc mihi religio fuit præterire.

JACOBI REVII NOTÆ

C. V.

Mereorat̄] Hoc à Beza quantum satis est explicatur.

ii. Interpretabilis] Exemplaria quæ vivi habent ininterpretabilis.

C. VI.

9. De Melchisedec, hoc est Levita & sacerdos] Deest aliquid. Sic ergo lege: Nec legendum est Accepit, ne intelligatur de Melchisedec, sed Accipit, Levi videlicet, hoc est Levita & sacerdos.

C. VII.

4. Essent] non potest habere significacionem pluralem, nisi referatur ad dāgā vocem remotissimam, quod coactum est. Itaque frivola est sequens expositio.

13. In sensu passivum] Activum, ni fallor, legendum.

C. VIII.

10. Impositi] Imo imposta. Et sic Laurentium scripsisse liquet.

28. Referenda] Hoc considerandum, Nā multo aliter Beza.

C. IX.

C. X.

20. *Initiavit*] Hic bis mendosè scriptum erat nunciavit.

C. XI.

4. *Plus hostiarum*] Imo majoris precij hostiam. Videatur Beza.

Probatus est esse justus.] Forte : probatus est justus. Nam illud esse rejicit.

12. *Propter quod*] Positus erat post versum 13. & præterea perturbata sunt verba, quæ sic restituenda puto: *Legendum est orta, ἐλαύθησος, quod tamen Gracē ambiguum est.* Refertur enim ad orta sydera. Certe Hæc, non Hoc. *Quod perinde est ac si diceretur:* Et quidem emortuo, ὦ τάδε νεκρωμένοι. Fallum tamen hic & absurdum interpretamentum est Vallæ. Quid enim? an ab Abrahamo orta sunt sydera? & sydera cum oriuntur dicuntur ἀντάξ; quid falsius? sequens explicatio nō. *Et hæc pro & quidem,* vera est.

C. XIII.

1. *Latuit quosdam*] Hoc non nihil velli-
cat & corrigit Erasmus.

2. *Intellige*] Sic in prioribus editionibus,
&

JACOBI REVII NOTE
& respondet præcedenti *supple*. incautè po-
strema mutarat in *intelligit*.

IN JACOBI C. I.

5. *απλῶς*] Explicat Beza in 2. Cor. 8. 2.

C. II.

2. *Fulgida. λαμπεῖ*] Optime vim hu-
jus vocis edifferit Casaub. Exerc. in Baron.
16. c. 73.

C. III.

1. *Ἄνθευθα*] alieno loco erat.

C. IV.

Hoc caput confusum erat cum superiori
usque ad v. 16.

C. V.

20. *Magis erat dicendum suam*] Imo al-
terum magis convenit, v. Bezam.

IN I. PET. C. I.

13. *In eam quæ offertur*] Hæc pars hu-
jus

IN LAUR. VALLAM. 248
jus versus, ab eo avulsa & versui 14. subje-
cta erat.

C. II.

2. Τὸ λογικὸν] Hoc incommodè erat po-
situm.

Nam absurdum sit dicere] Hæc nullo sen-
su legebantur post : *Legendum est rationabile*
videlicet lac. Nunc veræ sedi restituta esse
nemo non videt.

7. Εἰπόντων] Trajectum erat.

13. Συβιζιαμένοι] *Subjiciamini*, scriptum
erat.

23. Δικαιώσεις] Trajectum.

C. IV.

4. Ησπιταντοί] v. *Bezam.*

C. V.

8. Ζητῶν τινα καταπέντεν] Nostra tamen ex-
emplaria habent ζητῶν τινα καταπέντεν, quod est
pro vulgata.

9. *Idem passionum*] Imo eadem, seu po-
tius, *easdem*.

IN II. PET. C. I.

5. *Suo proprio*] Deest nomine, vel voca-
bulo.

Gloria] Et hoc desiderabatur.

C. II.

JACOBI REVII NOTÆ

C. II.

10. *Opiniones. δόξας.*] Imo dignitates. Neq;
introducere, sed probris incessere. Βλασφημήσεις.
13. ἀπάταις ἀνθρώπ.] Deerat αὐτῷ.

C. III.

18. *Et nunc*] Confusa hæc erant cum cap.
superiore.

IN. I: J O H. C. II.

14. *Παύδια. 16. βίᾳ*] Hæc loco mota erant.

C. V.

3. *In unum sunt.*] Quia & 7. & 8. ver-
su vulgata habet: *Et hi tres unum sunt*, am-
biguum est utro loco variaverit Laurentia-
nus codex. de v. 8. commode potest accipi,
periculose de 7. Quamvis verum est Com-
plutensem editionem (Bezæ citatam) utro-
bique ita ut Laurentius ponit habere. Per-
peram omnino, meo quidem judicio.

IN II. J O H.

9. *Præcedit*] Aliæ editiones vulgatæ ha-
bent *recedit*. Et sic scriptū fuisse credibile est.

12. *Etsi Græce responderet*] Græco, ni fallor.

IN

IN III. JOH.

4. *Sit translatum est gaudium.* χαεցr.] At clarum est, translatum fuisse gratiam, & γα-
eο lectum pro χαεցr.

Majorem bac letitiam.] Scriptum erat:
Majorem hanc. negligenter.

IN EP. JUDÆ.

11. *Quia in via*] Utrobius scriptum e-
rat qui. quod corrigendum fuit.

23. *Arguite ἐλέγχετε.*] Sic quidē Valla &
Vulg. At in nostris est ἐλέγχη τε cōmiseramini.

IN APOCAL. C. I.

2. *Kαὶ ἀνάστη.*] Scripsiterat οὐ. De appen-
dice autem hac videatur Beza.

3. *Beatus*] Hoc ociosè in 2. versu incul-
catum erat, ibi ergo delevi.

*Et que generalis sententia de omni proph-
etia*] Hic Vallam Erasmus, Beza vulgatam
sequitur, quod magis probo.

4. *Ab eo qui est*] Erasmus, *ab eo qui est*.
Beza à qui est : Sic uterque evitavit τὸ οὐλω-
νοφαρὲς, quod est in Græco at Valla id expri-
mere voluit, quo arctius textui inhæreret.
Noto propter editores hujus operis, qui ejus
II consili-

JACOBT REVII NOTA
confilium non observantes, voculam *is* qua-
ter mutarunt in *is*. Sic: ab *is* qui est. spu-
cissime.

[*εἰ τὸ δέ*] Et hoc mutilatum inveni. De-
stat enim *εἰ*.

C. II.

5. *Negative quidē significationem*] Legen-
dum puto: negative quidē significationis voce.

C. III.

7. *Nisi qui aperit, εἰ μὴ ὁ ἀπόιτος*] Hoc in
nostris exemplaribus non habetur.

C. IV.

8. *Numerus ordinum angelorum*] Nihil de
hoc mysterio in S. literis. Est somnium pseu-
dodionysij, nec nostri codd. omnes habent
novies sanctus. Sed plerique tēr tantum.

C. V.

10. *ἀπίστε & βασιλεύσουσι*] In nostris est *ε-*
μῆς, & *βασιλεύσουσι*. quod Vulgatæ tuendæ
facit.

Βασιλεῖς] Positum erat post *Sacerdotes*, ri-
diculè.



XI. Mv*

IN LAUR: VALLAM: 250
tr. Muerās muerās] Et hoc excide-
at loco sibi debito.

C. VI.

1. *Tanquam vox subaudisset*] Puto au-
dorem scripsisse; *tanquam vox, subaudi, di-*
xisset.

C. VII.

5. *Tantum in prima & in ultima*] In no-
stris exemplaribus ubique,

C. VIII.

13. *Tels.*] Loco motum erat.

C. XXI.

6. *Γένοντα τὸ αὐτὸν.*] In nostris est: γένο-
ντες ἐνώπιοι τὸ αὐτὸν. quod cum vulgata
convenit.

C. XXII.

20. *Nαι εγχει*] Hic Beza mavult ς. mi-
nus recte. Obtestationis enim nota est ναι,
quod Theocriti & Nonni exemplis docuit
vir in omni literarum genere maximus, &

Li 2

(irac)

J. REVIT. NOTÆ IN L. VALLAM.

(ὅτι τὸν ἄγαν πρωχίσσωμεν) mihi amicissimus Daniel Heinsius lect. Theocrit. c. 9. quibus adde, si dubitas, è sacris auctoribus ista: Judithæ 9. 13. τοι, τοι, οὐδεὶς τῷ παρόντι με
Cύκλωπον τὸν δάσκαλόν μου. Pauli ad Philemonem. v. 20. τοι ἀδημοφέ, ἐγώ Κονόραιόν με κυρεῖσθαι. Athan. ad μονάχοντας: τοι πατέρωντε. Ad Rufinianum: τοι πάτερα, φροντιζεῖσθαι στὴν φροντίδα γέγονος. Nazianz. orat. ad Patrem: τοι τέκνα αἰχματὰ, τοι θεῖας καυσοτὸν γενεσίας καὶ φιλανθρωπίας. οὐκοῦντε τὰς πυχαὶς ὑπῆρχε &c. Ejusdem Orat. ad C. L. episcopos: τοι πεῖσται τεττάδες ἀντίτις ἡν τραπεζίδες καὶ τραπεζίδες δότε μοι τὴν χάριν ταύτην. Et ep. ad Sophronium: τοι πεῖσται φιλίας αὐτῆς, τοι πεῖσται Καρπελτάνων &c. Et Carmine ad Patrem:

Ναὶ λέπομεν, Τίνος Λύτος δὲ γενεάδες οὐδὲπομοῦ ἔχομε.

Ναὶ λέπομεν. Plura collegeram, sed eorum nonnulla Cafaubono τῷ παραγέτη in Notis suis ad N. T. jam olim observata fuisse submonuit vir Cl. & in quo doctrina cum

humanitate paria, facit Jo. Is.

Pontanus. Inde ergo pertantur.

F. I. N. I. S.





BIBLIOTECA NACIONAL



1001152116